Ideo assimilatũ est regnũ celoz homini regi qui voluit rationẽ ponere cũ seruis suis. Et cum cepisset rationez ponere oblatus est ei vnus qui ỏbebat decem milia talenta. Cum autẽ non haberet vnde redderet, iussit eum dñs venundari/ et vxorem eius 7 filios 7 omnia q̃ habebat et reddi. Procidens aũt serꝰ ille rogabat eũ dicens. Patientiaz habe in me 7 omnia reddã tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit euz et debitum dimisit ei. Egressus autẽ seruus ille invenit vnuz de cõseruis suis qui debebat cetum denarios 7 tenens suffocabat euz dicens. Redde q̃ debes. Et procidens cõseruus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me 7 omnia reddaz tibi. Ille autẽ noluit sed abiit 7 misit eũ in carcerem donec redderet debitũ Videntes autem conserui eius que fiebãt contristati sunt valde. et venerunt 7 narraverunt domino suo omnia que facta fuerant Tunc vocavit illũ dñs suus 7 ait illi. Serue nequã omne debitũ dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui sicut et ego tui misertus suz. Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribꝰ quo adusq; redderet vniversum debitũ. Sic et pater meus celestis faciet vobis si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

De illo qui eijciebat

demonia et nõ sequebatẽ xp̃m. M. ix. L. ix.

Capitulũ. lxxxvij.

Respondẽs. L. autem illi. M. iohãnes dixit. Preceptor. L. magiste. M. vidimus quendam in nomine tuo eijciẽtem demonia 7 phibuimus euz qa non sequitur te nobiscũ. Et ait ad illos iesus. Nolite phibere. Nemo est qui faciat virtutẽ in noie meo et possit cito male loq̃ ỏ me. Qui. M. L. eñ nõ est aduersum vos p nobis est. Quisquis. M. vobis potũ dederit calicẽ aque frigide in nomine meo q̃ xp̃i estis. Amen dico vobis non p̃deat mercedem suam.

De aduentu christi i

fines iudee et q̃ discipuli nõ timeant eos/ qui occidũt corpus nec vult xp̃s dividere hereditatẽ. M. xviij. 7 supra. x. M. x. L. xij.

Capitulũ. lxxxviij.

Et. M. factũ. L. est cũ cõsummasset sermones istos iesus inde et ingens 7 migravit. M. a galilea 7 venit in fines iudee trans iordanem et secuti sunt eum turbe multe. Et convenerũt. M. iterum turbe ad euz 7 curavit. M. eos ibi 7. L. sicut consueverat iterum docebat eos M. Multis autem turbis circũstãtibus /itavt seinvicem conculcarent cepit dicere ad discipulos suos. Attendite a fermento phariseorum quod est ypocrisis. Nihil autem opertum est quod nõ revelet̃r neq; ablcõditum quod non sciatur q̃ in tenebris dixistis. In lumine dicentur et quod in aure locuti estis in cubilibus, p̃dicabit̃ in tectis. Dico autez vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus et post hoc nõ habent amplius quid faciant Ostendam autem vobis quem timeatis timete eũ qui postq̃ occiderit habet ptãtem mittere in gehennam. Ita vobis dico hũc timete. Nonne quinq; passeres veneũt assse. M. dipondio. L. et vnus in illis non est in oblivione coram deo non. M. cadit. M. in terram sine patris vestri voluntate? Sz et capilli capitis vestri omnes numerati sũt Nolite ergo timere multis passeribus meliores. M. pluris. L. estis vos dico. Omnem. M. vobis qui cunq; me confessus fuerit coram hominibus 7 filius hominis cõfitebitur eum coram angelis dei. Qui aũt negaverit me coram hominibus denegabitur coram angelis dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis remittet̃ illi. Si aũt in spiritũ sanctũ blasphemaverit non remittetur ei. Cum autem inducent/ vos in synagogas et ad magistratus 7 potestates nolite soliciti eẽ qualiter aut quid respondeatis aut quid dicatis. spiritus eñ sanctus docebit vos in ipa hora quid oporteat vos dicere. Dixit autẽ illi quidã ỏ turba Magister dic fratri meo vt dividat mecũ

hereditatem. Et dixit ei homo quis me cō
stituit iudicem ꝛ diuisorem sup vos. Dixi
ad illos. Videte ꝛ cauete ab omni auā-
tia qꝛ non in abundantia cuiusꝙ vita ei⁹
est ex his que possidet.

De diuite habente fructū abundantiam ꝛ ne discipuli solici ti sint. Luce. xij.

Capitulū. lxxxix.

Dixit autem similitudinez ad illos
dicens homis cuiusdā diuitis vbe
res fructus ager attulit ꝛ cogitabat
intra se dicens quid faciam quod non ha-
beo quo cōgregem fructus meos? Et dix
it hoc faciam destruam horrea mea ꝛ maiora fa
ciam ꝛ illuc cōgregabo omnia que nata sūt mi-
hi ꝛ bona mea et dicaz anime mee. Anīa mea
habes multa bona po
sita in annos plurimos, requiesce comod
bibe epulare. Dixit autem illi deus: stulte
hac nocte repetent animam tuam a te. que
autem parasti cuius erunt? Sic est oī si-
bi thesaurisat et non est in deum diues. di-
xitꝙ ad discipulos suos. Ideo dico vobis
Nolite soliciti esse anime vestre quid mā-
ducetis neꝙ corpori vestro quid vestiami
ni. Anima enim plus est ꝙ esca. et corpus
plusꝙ vestimentum. Considerate corvos
quia non seminant neꝙ metunt. quib⁹ nō
est cellarium neꝙ horreum et deus pascit
illos. quanto magis vos estis pluris illis?
Quis autem vestrum cogitans potest ad
staturam suam adijcere cubitum vnū. Si
ergo neꝙ quod minimum est potestis qd
de ceteris soliciti estis? Considerate lilia a-
gri quomodo crescunt/non laborant. neꝙ
nent. Dico aūt vobis quia nec Salomon
in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum
ex istis. Si autē fenum quod hodie i agro
est ꝛ cras in clibanum mittitur deus sic ve
stit. quanto magis vos pusille fidei? ꝛ vos
nolite querere quid manducetis aut quid
bibatis ꝛ nolite in sublime tolli. Hec eniz
omnia gentes mūdi qrunt. pat aūt vester
quī his indigetis. Verūtamē primum
querite regnum dei ꝛ hec omnia adijcient

Multa que hic po
nūtur posita sūt sub
sententialiter vel et
in verbis in sermōe
in monte.

vobis. Nolite timere pusillus grex qꝛ cō-
placuit patri vestro vobis dare regnū. Ve
dite que possidetis/et date elemosynam.
Facite vobis sacculos squi non veterascūt
thesaurum non deficientem in celis/Quo
fur non appropiat. neꝙ tinea corrumpit.
Ubi enim thesaurus vester est ibi ꝛ cor ve
strum erit. Dicebat autem ad turbas. Cū
videritis nubem orientem ab occasu statiz
dicitis nimbus venit et ita fit. Et cum au-
strum flantem/dicitis quia estas erit et ita
fit. Ypocrite faciem celi ꝛ terre nostis pba
re. Hocautē tempus quomodo non pro
batis? Quid autē et a vobisipsis non iudi
catis quod iustū est. Cum autez vadis cū
aduersario ad principem in via da operam
liberari ab illo ne forte trahat te apud iudi
cem. Et iudex tradat te exactori et exactor
mittat te in carcerem. Dico tibi quia nō exi
es inde donec etiam nouissimum minutū
reddas.

De galileis occisis ꝛ de ficulnea. Luce. xiij.

Capitulum. xc.

Herant autem qdam illo tpe nun-
ciantes illi ō galileis quoꝝ sangui
nem Pilatus miscuit cum sacrifica
is eorum. Et respondens dixit illis Puta
tis qꝛ hi galilei pre omnibus galileis pecca
tores fuerunt quia talia passi sunt? Non.
dico vobis. sed nisi penitētiam egeritis si-
militer omnes pibitis. Sicut ꝛ illi. xviij. su
per quos cecidit turris in syloe ꝛ occidit e-
os. Putatis quia ꝛ ipsi debitores fuerunt/
preter omēs homines habitantes in hieru
salem? Non. dico vobis/ sed si non penitē
tiam egeritis omnes similiter peribitis. di-
cebat autem banc similitudinem. Arborē
fici habebat quidam plantatā in vinea sua
et venit querens fructum in illa ꝛ non in-
uenit. Dixit autem ad cultorem vinee. Ec-
ce anni tres sunt exquo veni querens fruc-
tum in ficulnea hac. ꝛ non inuenio. Succi
de ergo illam/vt quid etiam terrā occupat
At ille respondēs dixit illi. Domine dimit
te illam/et hoc anno vsqꝙ dum fodiam cir
ca illam ꝛ mittam stercora. ꝛ siquidem fece
rit fructum bene. Sinautem in futurū suc
cides eam.

De muliere incurua

ta. L. xiij. Capitū. xcj.

ERāt aūt in synagoga eorū docens sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritū infirmitatis annis decē z octo et erat inclinata nec omnio poterat sursum respicere. Quam cum videret ihesus vocauit ad se z ait illi. Mulier dimissa es/ ab infirmitate tua. et imposuit illi manꝰ et confestim erecta est et glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus indignans/ quia sabbato curasset Jesus/ dicebat turbe sex dies sunt in quibus oportet operari. in his ergo venite et curamini/ z non in die sabbati. Respondit autem ad illū domin⁹ z dixit. Jpocrite vnꝰ quisq; vestrū sabbato nō soluit bouem suū aut asinū a p̄sepio z ducit adaquare? Hāc autez filiam abrahe quā alligauit sathanas ecce decem z octo annis nō oportuit solui a vinculo isto in die sabbati? Et cū hec diceret. Erubescebant omnes aduersarij ei⁹. z omnis populꝰ gaudebat in vniuersis q̄ gloriose fiebant ab eo.

De interrogatiōe in

deor an liceat vxorē dimittere. M. xix. R x. L. xvj. Capitulū. xcij.

ET. M. accesserūt pharisei tentantes eū atq; dicentes. Si licet homini dimittere vxorē quacunq; ex cā At. R. ille respondens ait. Quid vobis p̄cepit Moyses. Qui dixerunt Moyses p̄misit libellum repudij scribere et dimittere Qui. M. respondens ait illis. Non legistis q̄a q̄ fecit hominem ab initio creature R. masculū. M. R. z femināz fecit eos deus. Et dixit propter hoc relinquet homo patrem z matrem et adherebit vxori sue et erūt duo in carne vna. Jtaq; iam non sūt duo sed vna caro. Quod ergo deus coniūxit homo nō separet. Dicūt. R. illi. Quid. M. ergo Moyses mādauit dari libellū repudij z dimittere? Ait illis. Quoniam. M. R. Moyses ad duriciaz cordis vestri p̄misit vobis dimittere vxores vestras. Et scripsit vob p̄ceptū istud. Ab initio. M aūt nō fuit sic. Et. R. in domo iterū discipuli eiꝰ interrogauerūt eū. Et ait illis. Biz co. M. aūt vob q. M. R. quicūq; dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem. et aliam duxerit mechat. z. R. adulteriū cōmittit sup eam. z. R. qui. L. dimiserit virū et duxerit mechatur Et si vxor dimiserit virū suū z alij nupserit mechat. Dicūt M ei discipuli ei⁹. Si ita est causa hominis cū vxore nō expedit nubere. Qui dixit. Non omnes capiunt verbum istud sed quibus datū est. Sunt enī eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus. Et facti sunt eunuchi qui seipsos castrauerūt vel eunuchizauerūt p̄opter regnum celoruz. Qui potest capere capiat.

De parulis oblatis

M. xix. R. x. Luce. xviij. Capitulū. xciij.

TUnc. M. oblati. R. sunt ei parvuli infantes. L. vt. L. tāgeret. R. eos z manus. M. imponeret z oraret. Mō. L. cū viderent discipuli increpabant. L. M. illos et cōminabāt. R. offerentib⁹ Quos cum vidisset indigne tulit ihesus. L. aūt cōuocans illos dixit. M. eis R. Sinite. M. R. L. parvulos venire ad me. z nolite p̄hibere eos taliū est enī regnū celoruz. Et dixit. R. Amen. R. dico. L. vobis quicūq; nō acceperit regnū vt puer non intrabit in illud. Et cōplexans illos z imponēs manꝰ sup eos benedicebat illos. z. M. cui imposuit eis manus abijt inde.

De filio prodigo. L.

xv. Capitulum. xciij.

ERant aūt appropiquātes ei publicani z peccatores vt audirent illuz. Et murmurabant scribe et pharisei dicētes/ q̄a h̄ peccatores recipit z manducat cum illis. z ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex vob homo qui habet centum oues et si pdiderit vnam ex illis. Nonne dimittit nonaginta nouē in deserto z vadit ad illam que perierat donec inueniat illā? Et cum inuenerit illam imponit in humeros suos gaudens z veniens domū conuocat amicos et vicinos dicens illis Congratulamini mihi. q̄ inueni ouē meā q̄ pierat. Dico vobis q̄ ita

erit gaudiū in celo sup vno peccatore penitentiā agente q̄ sup nonagintanouē iustis qui non indigent penitentia. Aut que mulier habens dragmas decē etsi pdiderit dragmam vnam. Nonne accendit lucernam 7 euerrit domū 7 querit diligēter donec inueniat? Et cū inuenerit conuocat amicos et vicinos dicens. Congratulamini mihi/ quia inueni dragmam quam pdideraī. ita dico vobis gaudium erit angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Alit autem. Homo quidam habuit duos filios. 7 dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substāie q̄ me contingit. Et diuisit illis substantiā Et nō post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius pegre profectus est in regionem longinquā 7 ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. 7 postq̄ omīa consumpsisset facta est fames valida in regiōe illa 7 ipe cepit egere/ 7 abijt 7 adhesit vni ciuium regionis illius 7 misit illū in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat ventrem suū implere de siliq̄s/ quas porci mādducabant 7 nemo illi dabat. In se autez reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus. et ego hic fame pereo? Surgam 7 ibo ad patrem meum et dicam illi. Pater peccaui in celum 7 coram te. 7 iam nō sum dignus vocari filius tuus. fac me sicut vnuz de mercenarijs tuis. 7 surgens venit ad patrē suū. Cū autem adhuc longe esset. vidit illum pater suus 7 misericordia motus est. Et occurrēs cecidit sup collum eius 7 osculatus est eū. Dixitq̄ ei filius. Pater peccaui in celum 7 coram te. iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit aūt pater ad seruos suos. Cito proferte stolā primam 7 induite illuz et date annulū in manu eius 7 calciamēta in pedes eius 7 adducite vitulū saginatū 7 occidite 7 manducemus 7 epulemur q̄ h filius meus mortuus erat 7 reuixit pierat 7 inuēt⁹ est. 7 ceperunt epulari. Erat aūt filius eius senior in agro. 7 cū veniret 7 approping ret domui audiuit symphoniam 7 chorū. 7 vocauit vnū de seruis. et interrogauit q̄ hec essent. Isq̄ dixit illi. Frater tuus venit/ 7 occidit pater tuus vitulum saginatū/ qa salvum illū recepit. Indignatus est autez et nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illum. At ille respōdēs patri suo dixit. Ecce tot annis seruio tibi 7 nūq̄ mandatū tuū preteriui 7 nūq̄ dedisti mihi edū vt cū amicis meis epularer. sz postq̄ h filius tuus qui deuorauit substantiā suam cū meretricib⁹ venit. occidisti illi vitulū saginatū. At ipe dixit illi. Fili tu sp mecū es 7 oīa mea tua sūt epulari aūt 7 gaudere oportebat q̄ frater tuus h mortuus erat 7 reuixit. perierat 7 inuentus est.

De adolescente querente qd faciendo vitā possideret. Mt. xix. R. x. Lu. xviij.

Capitulū. xcvj.

Hijt. Mt. inde iesus. 7. R. cum ingressus esset in via. Et ecce. Mt. vnus princeps. L. procurrens. R. et accedens Mt. genu. R. flexo ante eum interrogabat. L. 7 rogabat. R. illum dicens. Mt magister. Mt. bone. R. qd. L. boni. Mt. faciendo. L. vitam eternam possidebo. Dixit ei Jesus. Quid. Mt. me interrogas dē bono? Vnus est bonus deus. Nemo. R. L. bonus nisi solus deus. Si. Mt. autem vis ad vitam ingredi serua mandata. Precepta. R. L. nosti? Dixit. Mt. illi. Que Jesus autem dixit illi. Non. Mt. homicidiū. R. L. facies. Non adulteraberis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Ne. R. fraudem feceris. Honora. Mt. R. L. patrem tuum et matrem tuam. Diliges Mt. proximum tuū sicut teipm. Dixit illi adolescens. Hec. Mt. omnia R. custodiui L. a iuuentute mea. Quid. Mt. adhuc mihi deest Jesus. R. autem intuitus est eum dilexit eum. Quo. L. audito Jesus ait Mt adhuc vnum tibi deest. Si vis. Mt. perfectus esse vade et. Mt. vende. R. L. omnia que habes et da pauperibus 7 habebis thesaurum in celo et veni et sequere me. Cū. Mt autem audisset adolescens verbū. cōtristatus in verbo abijt. Mt. R. tristis. Mt. 7 merens. R. Erat. Mt. R. enim habens multas possessiones. et diues. L. valde. Videns autem Jesus tristem factū ait discipulis. Mt suis. R. Quam. R. L. difficile qui pecuniam habent in regnum dei intrabunt. Amē Mt. dico vobis quia diues difficile intra-

dit in regnum celorum. Discipuli. R. autē obstupescebant in verbis eius. At iesus rursus respondens ait illis. Filioli quā difficile est cōfidentes in pecunijs in regnuz dei introire. Et iterū. M. Dico vobis facilius M. R. L. est camelū p foramen acus transire. q̄ divitem intrare in regnum celoz. in regnum. R. L. dei. Audistis. M. autē his discipuli mirabant valde. Quidaz. R. qui L. hoc audiebant magis admirabantur dicentes. M. R. L. ad seipsos. R. z. L. quis. M. potest saluus fieri. Et intuens. R. M illos ihs ait illis. Apud. M. hoīes hoc impossibile est/sed apud deuz omnia possibilia sunt. que. L. impossibilia sunt apud homines. possibilia sunt apud deum.

De interrogatiōe petri. Ecce nos reliquimus omia quid g̃ erit nobis. M. xix. R. L. L. xviij.

Capitulū. xcvj.

Tunc. M. respondens petrus cepit R ei dicere. Ecce. M. nos. R. reliquimus. M. omnia z secuti sumus te Quid. M. g̃ erit nobis. Respondēs R. Jesus ait eis. L. amē. M. dico vobis q̄ vos qui secuti estis me in regeneratione cuz sederit filius hominis in sede maiestat[sue. sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et omis qui reliquerit domuz. R. L. vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut vxorē aut filios aut. M. agros. R. L. propt̄. M. nomen meum ꝓpter. R. me z propter euāgelium. z. L. propter regnuz dei. centuplū M. accipiet multo. L. plura nunc R. in hoc L. tēpore domos fratres z sorores z matrem z filios z agros cum psecutionibus/ z. R. in seculo futuro vitam eternam possidebit. M. Multi. R. M. āt primi erūt nouissimi z nouissimi primi.

De operarijs in vineam missis. M. xx.

Capitulum. xcvij.

Simile est regnum celorum homini patrifamilias qui exijt primo mane conducere operarios in vineaz suam. Conuentione aūt facta cū operarijs ex denario diurno misit eos in vineam suam. Et egressus circa horā tertiam vidit alios stantes in foro ociosos z dixit illis. Ite z vos in vineam meam z quod iustū fuerit dabo vobis/illi autem abierūt. Iterum autē exijt circa horam sextam z nonā z fecit similiter. Circa undecimā vero exijt et invenit alios stantes z dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei/qa nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite z vos in vineam meam. Cum sero factum esset dicit dominus vinee procuratori suo. Voca operarios z redde illis mercedem incipies a nouissimis vsq; ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimā horā venerāt acceperunt singulos denarios. Venientes aūt z primi arbitrati sunt q̄ plus essent accepturi. Acceperunt aūt z ipi singulos denarios, z accipientes murmurabāt aduersus patremfamilias dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt et pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei z estus. At ille respondēs vni eorum dixit. Amice non facio tibi iniuriam. Nōne ex denario conuenisti mecū, tolle quod tuum est z vade Uolo autē z huic nouissimo dare sicut z tibi. Aut non licet mihi facere q̄ volo? An oculus tuus nequā est/ q̄ ego bonus sum. Sic erunt nouissimi primi z primi nouissimi. M. Multi sunt enī vocati pauci vero electi.

De interrogatiōe facta christo si pauci fiant salui z q̄ herodes querebat eū occidere. L. xiij.

Capitulū. xcviij.

Et ibat p ciuitates z castella docēs z iter faciens in hierusalez. Ait autem illi quidaz. Domie si pauci sūt qui saluantur. Iterum autē dixit ad illos Contendite intrare p angustam portam/ quia multi dico vobis querent intrare/ et non poterunt. Cum autem intrauerit paterfamilias et clauserit ostium incipietis/ foris stare z pulsare ostium dicentes. Dñe aperi nobis. z respondens dicet vobis, nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere māducauimus coram te z bibimus z in plateis nostris docuisti z dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Discedite a me omnes operarij iniquitatis. ibi erit fletus z stridor dentiū

Cum videritis abraam ⁊ ysaac ⁊ iacob/ et omnes ꝓphetas in regno dei. vos autē ex pelli foras. et venient ab oriente et occidē te ⁊ aquilone ⁊ austro ⁊ accumbent in regno dei. Et ecce sunt nouissimi q̄ erant primi. ⁊ sunt primi qui erāt nouissimi. In ip sa aūt die accesserunt q̄dam pharisеorū dicētes illi. Exi et vade hinc herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite et dicite vulpi illi. Ecce ei/cio demonia ⁊ sanitates p̄ficio/ hodie ⁊ cras ⁊ tertia die cōsumor. Verum tamen oportet me hodie ⁊ cras ⁊ sequēti die ambulare quia non capit ꝓphetam perire extra hierusalem.

De idropico sanato

et de exhortatione christi ad humilitatem. Luce. xiiij.

Capitulum. xcix.

Et factum est cū intraret in domū cuiusdam principis pharisеorū sabbato manducare panē. ⁊ ipsi obser uabant eū. Ecce homo quidā idropicus erat ante illū. ⁊ respondens iesus dixit ad legisperitos ⁊ pharisеos dicens. Si lz sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vo apprehensum sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrū asinus aut bos in puteum cadet ⁊ non continuo extrahet illum die sabbati? Et nō poterant ad hoc respondere illi. Dicebat autē ⁊ ad inuitatos parabolam intendens quo modo primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias non discūbas in primo loco ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. ⁊ veniēs q̄ te et illum vocauit dicat tibi. Da huic locū ⁊ tunc incipias cum rubore nouissimū locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade recūbe in nouissimo loco vt cū venerit q̄ te inuitauit dicat tibi. Amice ascēde supius. tunc erit tibi gloria coram simul discūbentibus. q⁹ omnis q̄ se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabit.

De vocandis pauperibus ad p̄uium ⁊ parapola de cena magna. Luce. xiiij.

Capitulum. c.

Dicebat aūt ⁊ ei qui se inuitauerat. Cum facis prandiū aut cenam noli vocare amicos tuos: neq; frēs tuos/ neq; cognatos neq; vicinos diuites ne forte ⁊ ipsi te reinuitent et fiat tibi retributio. Sz cum facis conuiuium voca pauperes debiles claudos cecos et beatus eris quia non habent retribuere tibi. retribuetur enim tibi in resurrectōne iustorum Hec cum audisset quidam de simul discumbentibus dixit illi. Beatus qui manducat panez in regno dei. At ipse dixit. Homo quidā fecit cenam magnam ⁊ vocauit multos Et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis vt venirent quia iam parata sunt omnia. et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei. Villam emi: ⁊ necesse habeo exire ⁊ videre illam/ rogo te habe me excusatum. ⁊ alter dixit. Juga boum emi quinq; et eo ꝓbare illa. rogo te habe me excusatum. ⁊ alius dixit. Uxorem duxi et ideo non possum venire. ⁊ reuersus seruus nunciauit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo Exi cito in plateas et vicos ciuitatis ⁊ pauperes et debiles cecos ⁊ claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine factum est vt imperasti. ⁊ adhuc locus est. ⁊ ait dominus seruo Exi in vias et sepes ⁊ compelle intrare/ vt impleatur domus mea. Dico autez vobis q̄ nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam.

Si fuerit hec eadē parabola cuz ista q̄ ponitur infra matthei. xxii. ca. gregorius relinquet sub dubio dicēs q̄ mauult alieno intellectui vt sensui cedere q̄ contentioni deseruire Et dat modū p̄cordandi si dicatur eadem vide.

De odiendis parentibus ꝓter christū. L. xiiij.

Capitulum. ci.

Erant autem turbe multe cuz eo et conuersus dixit ad illos. Si q̄s venit ad me et non odit patrem suum et matrem et vxorem ⁊ filios ⁊ frēs ⁊ sorores adhuc autē ⁊ animam suaz ñ potest meus esse discipulus. ⁊ qui non baiulat crucē suam et venit post me/ non potest meus esse discipul⁹. Quis ei ex vobis volēs turrī edificare. Nonne prius sedens cōputat sumptus qui necessarij sunt si habeat ad perfi-

ciendum/ne postea q̄ posuerint fundamē tum/et non potuit perficere omnes qui vi dent incipiant illudere ei dicētes/ quia hic homo cepit edificare et non potuit cōsum mare? Aut quis rex iturus cōmittere bel lum aduersus alium regem. Nonne sedēs prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente/ legationem mittens rogat ea que pacis sūt Sic ergo omnis ex vobis qui nō renuncia at omnibus que possidet nō potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal euanuerit in quo condietur? neq; in ter ram neq; in sterquilinium vtile est sed fo ras mittet. Qui hz aures audiēdi audiat.

De villico iniqtatis

L.xvj. Capitulum.cij.

Dicebat autem et ad discipulos su os. Homo quidaz erat diues qui habebat villicum ⁊ hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsi us,et vocauit illum ⁊ ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicatōis me Jam enim non poteris vltra villicare. Ait autem villicus intra se. quid faciam q; do minus meus aufert a me villicationē? fo dere non valeo mendicare erubesco. Scio quid faciam.vt cum amotus fuero a villi catione recipiant me in domos suas Con uocatis autem singulis debitoribus domi ni sui dicebat primo.quantuz debes domi no meo? At ille dixit. centum cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionem tuam et se de cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centum chozos tritici. Ait illi. Accipe lit teras tuas/et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis/ quia pru denter fecisset.quia filij huius seculi prudē tiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facte vobis amicos d̄ mammona iniquitatis. vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Qui fi delis est in minimo et in maiori fidelis est. et qui in modico iniquus est/ et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammo na fideles non fuistis quod vestrum ē q̄s credet vobis? Et si in alieno fideles nō fui stis quod vestrum est.quis dabit vob. Ne mo seruus potest duobus dominis serui re/aut enim vnum odiet ⁊ alterum diliget aut vnum adherebit ⁊ alterum contemnet Non potestis deo seruire et mammone. Audiebant autez omnia hec pharisei qui erant auari et deridebant illum. Et ait illi. Vos estis qui iustificatis vos coram hos minibus. Deus autem nouit corda vestra quia quod hominibus altum est abomi natio et apud deū. Lex et ꝓphete vsq; ad io hannem. Ex eo regnum dei euangelizatur et omnis in illud vim facit; facilius est aūt celum et terram preterire quā de lege vnuz apicem cadere. Omnis qui dimittit vxo rem suam et ducit alterā mechatur ⁊ qui dimit sam a viro ducit mechatur.

De diuite epulone.

L.xvj. Capitulum.ciij.

Homo quidā erat diues ⁊ induebā tur purpura ⁊ bisso ⁊ epulabat q̄t die splendide. ⁊ erat quidā mēdic nomine lazarus qui iacebat ad ianuā eius vlceribus plenus cupiēs saturari de mica que cadebant de mensa diuitis ⁊ nemo il li dabat. sz ⁊ canes veniebant ⁊ lingebāt vl cera eius. Factū est aūt vt moreret mendi cus et portaret ab angelis in sinum abrae. Mortuus est aūt et diues et sepultus est i inferno. Eleuans aūt oculos cū esset i tor mentis vidit abraam a longe. ⁊ lazarum in sinu eius. Et ipe clamans dixit. Pater abraam miserere mei. ⁊ mitte lazarū vt intin gat extremū digiti sui in aquā vt refrigeret lingua meā q; crucior in hac flāma. Et dix it illi abraā. Fili recordare q; recepisti bona in vita tua. ⁊ lazarus similiter mala Nunc aūt hic consolat̄.tu vero cruciaris. ⁊ inbis omnibus inter nos et vos chaos magnū firmatū est vt hi q̄ volunt hinc transire ad vos non possint neq; inde huc transmeare Et ait rogo te ergo pater vt mittas eum i domum patris mei. habeo em quinq; fra tres vt testetur illis ne ⁊ ipi veniant in locz hūc tormentoz. Et ait illi abraaz. Habēt moysen et ꝓphetas.audiant illos. At ille dixit. Nō pater abraam sed si quis ex mor tuis ierit ad eos.pniam agent. ait aūt illi. Si moysen ⁊ ꝓphetas nō audiunt neq; si

quis ex mortuis resurrexerit credent.

De petitiõe discipulorū vt augeaꝫ eis fides. Lxvij.

Capitulum. ciiij.

Et dixerūt apli dño. Adauge nobis fidē. Dixit aūt dñs. Si haberetis fidē sicut granū sinapis. dicetis huic arbori moro. eradicare ⁊ explantare i mare et obediret vobis. Quis aūt vestrū habens seruū arantē aut oues pascentez q̄ regresso de agro dicat illi statim transi recū be. ⁊ dicat ei. Para q̄ cenem et precinge te. et ministra mihi donec manducem ⁊ bibā ⁊ post tu manducabis ⁊ bibes? Nūquid gratiam habet seruo illi/qnia fecit que sibi imperauerat? Nō puto. Sic ⁊ vos cū feceritis omnia que precepta sunt vobis. Dicite serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus.

De encenijs quādo voluerūt Jūm lapidare iudei. J.x.

Capitulum. cv.

Facta sunt aūt encenia in hierosolimis et hyems erat. Et ambulabat Jesus in templo in porticu Salomonis. Circūdederūt ergo eū iudei. et dixerūt ei. Quousq̄ animam nostram tollis Si tu es xp̄s dic nobis palam? Respōdit eis Jesus. Loquor vobis ⁊ non creditis. Opera q̄ ego facio in nomine patris mei/ hec testimonium perhibent de me. sz vos non creditis/quia non estis ex ouibus meis. Oues mee vocem meam audiunt/ Et ego agnosco eas ⁊ sequūtur me ⁊ ego vitā eternam do eis et non peribūt in eternum et non rapiet eas quisq̄ de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maio omnibus est et nemo potest eas rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pater vnū sumus. Sustulerūt ergo lapides iudei vt lapidarent eum. Respondit eis Jesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo propter qō horū opus me lapidatis? Respōderunt ei iudei propter bonū opus non lapidamus te sed de blasphemia/et qa tu homo cum sis facis teip̄m deum. Respondit eis Jesus. Nonne scriptum est in lege vestra. Ego dixi dij estis. Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est/et non potest solui scriptura quem pater sanctificauit ⁊ misit in mundum vos dicitis quia blasphemat qa dixi filius dei sū Si non facio opera patris mei nolite credere mihi. Si autez facio ⁊ si mihi non vultis credere. operibus credite. vt cognoscatis ⁊ credatis. qa in me est pater ⁊ ego in patre. Querebant ergo eum apprehendere ⁊ exiuit de manibus eorū. Et abiit iterū trans iordanem in eum locum vbi erat Johannes primū ⁊ mansit illic. ⁊ multi venerūt ad eū ⁊ dicebant/qa Johannes qdem signū fecit nullū Omnia aūt quecūq̄ dixit Johes de hoc. vera erant et multi crediderūt in eum.

Incipiunt preambula passionis domini de suscitatione lazari. Joh. xj.

Capitulū. cvj.

Erat aūt qdam languens lazarus a bethania de castello marie ⁊ marthe sororū eius. Maria aūt erat q̄ vnxit dominum vngūto ⁊ extersit pedes eius capillis suis cuius frater lazarus infirmabatur. Miserūt ergo sorores eius ad eum dicentes. Domine ecce quē amas infirmatur. Audiens aūt iesus dixit eis. Infirmitas hec nō est ad mortē sed p gloria domini vt glorificet filius dei p ea. Diligebat autē martham ⁊ sororē eius Mariā ⁊ lazarum Ut ergo audiuit qa infirmabat tūc qdem mansit in eodē loco duobus diebus. Deinde post hec dicit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi nūc querebant te iudei lapidare ⁊ iterū vadis illuc. Respondit iesus. Nonne duodecim hore sūt diei. Si qs ambulauerit in die nō offendit qa lucem huius mūdi videt. Si aūt ambulauerit in nocte, offendit quia lux nō est in eo. Hoc ait. Et post hoc dicit eis Lazarus amicus noster dormit sed vado vt a somno exuscitem illū. Dixerūt ergo discipuli eius. Dñe si dormit saluus erit. Dixerat autem iesus de morte eius. Illi autē putauerūt qa de dormitione somni dicerz Tunc ergo dixit iesus manifeste. Lazarus mortuus est/sed gaudeo ꝓpter vos vt cre-

Potuisset hic fieri vna partitio principalis quoniam incboat occasio proxima dñice passionis.

datis quia non eram ibi sed eamus ad eū Dixit ergo Thomas qui dicitur didimus ad condiscipulos. Eamus et nos et moriamur cum eo. Venit igitur Jesus et inuenit eum quattuor dies in monumento iaz habentez. Erat autem bethania iuxta hierosolymam quasi stadijs. xv. Multi autez ex iudeis venerant ad Martham z Mariam vt consolarent eas de fratre suo martha autem vt audiuit quia Jesus venit. ōc curit ei Maria autez domi sedebat. Dixit autem Martha ad Jesum. Domine si fuisses hic. frater meus non fuisset mortuus sed et nunc scio. quia quecunqz poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit illi Jesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha. Scio quia resurget in resurrectiōe in nouissimo die. Dicit ei Jesus. Ego sum resurrectio z vita. qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit et credit in me. non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utiqz domine. Ego credidi quia tu es christus filius di viui qui in hūc mundum venisti. Et cum hec dixisset. abijt et vocauit mariam sororem suam silentio dicens. Magister adest. et vocat te. Illa autem vt audiuit. surrexit cito et venit ad eū Nondum enim venerat Jesus in castellū sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Judei igitur qui erant cum ea in domo et consolabantur eam cum vidissēt Mariā quia cito surrexit z exijt. et secuti sūt eam dicentes quia vadit ad monumentū vt ploret ibi Maria ergo cum venisset vbi erat Jesus. Videns eum ceccidit ad pedes eius et dixit ei Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Jesus autem vt vidit eam plorantem et iudeos qui venerant cum ea plorantes. fremuit spiritu z turbauit semetipm z dixit vbi posuistis eū Dicunt ei. Domine veni et vide et lachrimatus est iesus. Dixerunt ergo iudei Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipis dixerunt Non poterat hic qui oculos ceci nati aperuit facere vt et hic nō moreretur Jesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentum. Erat autem spelunca et lapis superpositus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidem. Dicit ei martha sororis eius qui fuerat mortuus. Domine iam fetet. quatriduanus enim est. Dicit ei iesus. Nonne dixi tibi si credideris videbis gloriam dei. Tulerunt ergo lapidē ie sus autem elevatis sursum oculis dixit. Gratias tibi ago pater quoniā audisti me Ego autem sciebam quia semp me audis sed ꝓpter populum qui circumstat dixi vt credant quia tu me misisti. Hec cum dixisset voce magna clamabat Lazare veni foras et statim ꝓdijt qui fuerat mortuus ligatus manus et pedes institis. Et facies illius sudario erat ligata. Dicit ei iesus. Solnite eum et sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariaz et viderant q̄ fecit crediderunt in eum. Quidam autem ex ipis abierunt ad phariseos z dixerūt eis que fecit iesus.

De cōspiratiōe facta contra iesuz z eius egressu in effrem. J. xi.

Capitulum. cvij.

Collegerunt ergo pontifices ꝛ pharisei concilium z dicebant. Quid facimus q̄ hic hō multa signa facat. si dimittimus eū. sic oēs credent in eū. ꝛ venient romani z tollent nostrū locū z gentē Unus aūt ex ipis cayphas noie cum esset pontifex anni illius dixit eis. Vos nescitis quicq̄ nec cogitatis q̄ expedit vobis vt vnus moriatur homo ꝓ populo. z non tota gens pereat. Hoc aūt a semetipo nō dixit. sed cum esset pōtifex anni illius ꝓphanit quia iesus moriturus erat ꝓ gente z non tm̄ ꝓ gente sed vt filios dei qui erant diss si cōgregaret in vnū. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum iesus autem iam non in palam ambulabat apud iudeos sed abijt in regionē iuxta desertum in ciuitatem q̄ dicit Effrem z ibi morabat cū discipulis suis. Et abierūt multi ierosolymā ō regiōe aī pasca vt sanctificarēt seipos Querebant g ihm z colloquebant adinuicem in tēplo stātes. Quid putatis q̄ nō venit ad diē festū? Dederant aūt pontifices z pharisei mandatū vt siquis cognouerit vbi sit indicet vt apprehendant eū.

De ascensu Jesu in hierusalem. Mt. xx. Mr. x. Lu. xviij.

Capitulū. cviij.

Quamuis sub uno cōtextu ponātur sequentia quasi fuerit unicus ascēsus xpi in hierusalē tā probabili⁹ est fuisse diuersos cursus ꝛ recursus xpi in quibus facta sequūtur vt magister Nycolaus de Lyra notat.

Erant. R. aūt in via ascēdētes in hierosolymā. ꝛ precedebat illos ihs. et stupebant. ꝛ sequentes timebāt. ꝛ. Ad ascēdens Ad. ihs hierosolymaz assūpsit ite. ꝛ. R. xij. Ad. R. discipulos. L. suos secreto cepit. R. eis dicere q̄ eēnt ei vētura. et Ad. ait. R. illis. L. Ecce nos ascēdim⁹ hierosolymā ꝛ cōsummabunt oīa q̄ scripta sūt p̄ ꝓphetas de filio hois. Tradet. R. L. eū pōtifibus sacerdotum ꝛ scribis seniorib⁹. R. ꝛ dēnabūt. Ad. R. eū morte ꝛ tradēt. Ad. R. illū gēb⁹ ad illudēdū ꝛ flagellādū ꝛ crucifigēdū. ꝛ L. ꝓspue tur. R. ꝛ postq̄ flagellauerit occidēt eū. et Ad. tertia. R. L. die ſſurget. ꝛ ipi nihil horū intellexerūt. ꝛ erat vbū istud abscōditum ab eis ꝛ nō intelligebāt que dicebant.

De decē lepr̄osis sanatis in via. L. xvij.

Lāp. cx.

Factū est dū iret in hierlm transibat p mediā samariā ꝛ galileā. ꝛ cū ingrederet quādā castellū occurrerūt ei decē viri lepr̄osi. q̄ steterūt a longe ꝛ leuauerunt voce dicētes. Jesu p̄ceptor miserere nostri Quos vt vidit dixit. Ite oīdite vos sacerdotib⁹. Et factū est dū irēt mūdati sūt. Unus aūt ex illis vt vidit q̄ mūdatus est regressus est cū magna voce magnificās deū. ꝛ cecidit in faciē añ pedes eius gr̄as agēs. et hic erat samaritanus. Respondēs aūt iesus dixit. Nōne decē mūdati sunt. ꝛ nouē vbi sūt. Nō est inuētus q̄ rediret ꝛ daret gloriā deo nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge. vade q̄ fides tua salū te fecit.

De nō receptiōe crist̄i p samaritanos L. ix.

Lāp. cx.

Factū est aūt dū cōplerent dies assumptionis eius ꝛ ipe faciē suā firmauit vt iret in hierusalē ꝛ misit nūcios añ conspectū suum. Et euntes intrauerunt in ciuitates samaritanoꝝ vt pararēt illi. et nō receperunt eū quia facies eius erat euntis in hierusalē. Cū aūt vidissēt discipuli ei⁹ Jacobus ꝛ Johes dixer̄t. Domine si vis dicamus vt ignis descendet de celo ꝛ cōsumat eos sicut et helyas fecit. ꝛ conuersus increpauit eos di. Nescitis cui⁹ spiritus estis. filius hois nō venit animas p̄dere sed saluare ꝛ abierunt in aliud castellū.

De petitione filiorū zebedei. Ad. xx. R. x.

Lapitulū. cxj.

Tunc. Ad. accessit ad eū mater filiorū zebedei cū filijs adorās ꝛ petens aliq̄d ab eo. qui dixit ei. Quid vis. ꝛ R. accedūt ad eū filij zebedei Jaco. ꝛ Job. dicentes. Ad. dn̄e volumus vt q̄cūq̄ petierimus faciās nob. At ille dixit eis quid vultis vt faciā vobis. ꝛ dixerunt da nobis vt vnus ad dexterā ꝛ alius ad sinistrā tuā sedeam⁹ in gloria tua Ait. Ad. illi mater. Dic vt sedeāt hi duo filij mei vnus ad dexterā tuā ꝛ vn⁹ ad sinistrā tuā in regno tuo. Rñs. Ad. R. aūt Jesus dixit eis. Nescitis quid petatis p̄testis. Ad. R. bibere calicē quem ego bibo R. bibiturus. Ad. sum⁹ aut baptismo. R. quo ego baptiſor baptisari. Ait Ad. illi. R. dixerunt ei p̄ possumus. Ait illis iesus. R. Ad. calicem quidem meum bibetis. et R. baptismo quo baptiſor baptisabimini sedere. Ad. R. autem ad dexterā vel sinistram meam non est meum dare vobis sed quibus paratum est a patre. Ad. meo. Et audientes. Ad. R. decē indignati sunt ꝺ duobus fratribus iacobo. R. ꝛ iohanne iesus. Ad. autem. R. vocauit eos ad se ꝛ ait illis Scitis. Ad. R. quia. Ad. principes gentiū hi. R. qui videntur principari gentib⁹ dominantur eis. ꝛ Ad. qui maiores sunt potestatē exercent in eos. Non ita. Ad. R. erit inter vos. sed. Ad. quicunq̄. R. inter. Ad. vos voluerit maior. R. fieri sit. Ad. vester minister. R. Et. R quicunq̄ voluerit inter vos primus esse. erit. Ad. R. vestrum. Ad. omnium. R. seruus. Ad. R. sicut. Ad. filius R. hominis non venit ministrari sed ministrare et animam suam dare redemptionē p̄ multis.

Potuit vtrūq̄ fieri q̄ mater peteret ꝛ filii. vel dicūtur petiisse q̄ matrē mouerant ad petendū iō dñs respondit eis.

De illuminatione ce

ci 7 de zacheo 7 de decē mnis. L. xviij. 7. xix R.r.

¶ Capitulum. cxij.

Hactū. L. ō. c. xviij. est aūt cū appro pinquaret Jesus iericho. Cecus q dam sedebat secus viam mendicās 7 cū audiret turbā pretereūtem interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei q iesus nazarenus transiret. Et clamauit. iesu fili dauid miserere mei. Et qui p̄cedebant increpabant eum vt taceret. Ipe vo multo magis clamabat fili dauid miserere mei. Stans aūt iesus iussit illū adduci ad se. Et cū appropinquasset illū interrogauit illū dicēs. quid vis 7 faciā tibi. At ille dixit. Dñe vt vi deā. Et ihs dixit illi. Respice. fides tua saluum te fecit. Et confestim vidit. 7 sequebatur illum magnificās deum. Et oīs plebs vt vidit dedit laudem deo 7 veniunt. R. iericho. Et. L. ō. c. xix. igress⁹ pambulabat iericho. Et ecce vir nomine zacheus et hic erat princeps publicanoꝝ 7 ipe diues. 7 quebat videre iesum quis esset et non poterat p̄ turba q; statura pusillus erat. 7 precurrēs ascēdit i arborē sycomoꝝ vt videret illū. q; inde erat transiturus. Et cū venisset ad locum suspitiens iesus vidit illum 7 dixit ad illum. zachee festinans descende q; hodie in domo tua oportz me manere et festinās descendit et suscepit illum gaudens in domum suam. Et cum viderēt omnes murmurabant dicentes q; ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem zache⁹ dixit ad dominum. Ecce dimidium bonoꝝ meorum domine do pauperibus 7 si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Ait iesus ad eum. q; hodie domui huic salus facta est eo q; et ipe sit filius abrae. Venit em filius hominis querere et saluū facere quod perierat. Hec illis audientibus adijciens pabolam dixit eo q; ꝑpe hierusalem esset. 7 q; estimarēt q; confestim regnū manifestaretur dixit ergo. Homo quidaꝝ nobilis abijt in regionem longinquā accipere regnum et reuerti

Vocatis aūtē decez seruis suis dedit illis decē mnas 7 ait illī. Negotiamini dū venio. Cives autem eius oderant illuz et miserunt legationem post illum dicentes. Nolum⁹ hūc regnare sup nos. Et factum est cum rediret accepto regno iussit vocari seruos quibus dederat pecuniā vt sciret quantū quis q; negotiatus esset. Venit autem primus dicens. Domine mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone quia in modico fidelis fuisti. eris potestatez habens supra decem ciuitates. 7 alter venit dicens. Domine mna tua fecit quinq; mnas. 7 huic ait et tu esto sup quinq; ciuitates. Et alter venit dicens domine ecce mna tua quā habui repositam in sudario. timui enz te. quia homo austerus es tollis quod nō posuisti et metis quod non seminasti. Dicat ei de ore tuo te iudico serue nequā. Sciebas q; ego homo austerus sum tollens qđ nō posui 7 metens quod non seminaui. Et q re non dedisti pecuniam meam ad mēsam et ego veniens cū vsuris vtiq; exegissem illam. Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnā 7 date ei qui decem mnas habet. Dixerunt illi. Domine decem mnas habz. Dico autem vobis quia omni habenti dabit et abundabit. Ab eo aūt qui non habet et quod habet auferetur ab eo. Verumtamen inimicos meos illos q; noluerunt me regnare super se adducite huc 7 interficite ante me. Et his dictis precedebat ascendens hierosolymam.

De duobus cecis in

egressu iericho sanatis. Mt. xx. R.r.

¶ Capitulum. cxiij.

Et egredient⁹ ab. Mt. illis ab iericho 7 pficiscēte. R. eo 7 discipulis ei⁹ secuta. Mt. est eiz turba mlta. Et ecce duo cecī sedētes secus viaz audierūt q; iesus transiret et clamauerunt dicētes. Domine miserere nostri fili dauid. filius. R. aūt thymei barthymes cecus sedebat secus viam mendicans. Qui cū audisset q; iesus nazarenus est cepit clamare 7 dicē

Cōsonat ista parabola cū illa de talentis 7 infra manbei vicesimoquinto.

Marcus nominat hūc solū q; fortassis erat vel nō cēt tm probabile dicere q; alia sit historia marci alia matthei, sicut diuersis viab⁹ potuit iesus egredi de iericho et sanare hūc duos nūc vnū nūc duos cū Jō suppleat bic intelligēs a lectore. Imo duz loquēdi hūc ad

Dnū ex quattuor i

Jesu fili dauid miserere mei. Turba. M. aūt increpabat eos vt tacerent et comminabātur. R. multi. At. M. illi magis clamabāt dicentes. Dne miserere nostri fili dauid. R. stans. M. iesus vocauit. M. eos et vocabant. R. cecum dicentes ei. Animeq; esto. Surge vocat te. Qui proiecto vestimento suo exiliens venit ad eum. Et ait. M. iesus. R. quid. M. vultis vt faciā vobis. Dicunt domine Raboni. R. vt. M. aperiantur oculi nostri. M. misertus autē eorum iesus tetigit oculos eor. Jesus aūt dixit. Fide fides tua te salnū fecit. Et protinus M. viderunt et secuti sunt eum.

vnū nūc ad duos.

De alabastro vnguē

ū. M. xxvj. R. xiiij. J. xij. Cap. cxiiij.

Jesus. J. ḡ ante sex dies pasce venit bethaniā vbi fuerat lazarus mortuus quez suscitauit iesus. Fecerunt autē ei cenam ibi in. R. domo simonis leprosi. et Martha. J. ministrabat lazarus vero erat vnus ex discumbentibus. Et. R. cū discumberet veniens. R. Maria. mulier maria. J. accepit libram vnguenti narcipistici pāosi et vnxit pedes Jesu. Et extersit capillis eius pedes iesu. et. R. facto alabastro effudit sup caput ipius recūbentis. M. Et domus. J. repleta est ex odore vnguenti. Erant. R. autem quidam indigne ferentes intra semetipos discipuli. M. et dicentes. R. Ut quid pditio hec vnguē tifacta est? Dixit. J. ergo vnus ex discipul' suis iudas scariothisq; eū erat traditurꝰ. Quare hoc vnguentū non venit trecentis denarijs et datum est egenis? Potuerat. R. em vnguentuz istud venundari multo. M. R. plusq; trecē tis denarijs et dari pauperibus. Dixit. J. autē hoc nō. q; de egenis pertinebat ad eum. sed quia fur erat et loculos habens ea que mittebātur portabat. et fremebant. R. in eam. Sciens. M. autem iesus ait illis. Sinite. L. illā vt in diem sepulture mee seruet illud. Quid molesti estis. M. huic mulieri opus eñ bonum operata est in me. Semp eñ pauperes habetis vobiscū et cum voluerit is. R. poteritis eis benefacere. me. M. R. autē. J. nō sp habebitis. qō habuit. R. hoc fecit quenit vngere corpus meū in sepulturā. mittens. M. eñ hec vnguentū hoc in corpus meū ad sepeliendū me fecit. Amen. M. dico. R. vobis quocunq; pdicatū fuerit euangeliū hoc in toto mūdo et q; hoc fecerit narrabit in mēoriam eius.

Nō est hec historia de qua lucas supra c. vii. et tres euāgeliste loquūtur per rememoratione ē dum hoc referūt pāo die azimorum.

De sessiōe asselli. M. R. xj. L. xix. J. xij.

Capitulum. cxv.

Cognouit J. ergo turba mlta ex iudeis q; illic esset et venerūt non propter iesum tantū sed vt lazarum viderent quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt et Lazarū interficerent q; multi pter illū abibant ex iudeis et credebant in Jesum. In crastinum autem turba multa que conuenerat ad diem festum cum audisset quia iesus venit hierosolymā. acceperunt ramos palmarum et processerunt obuiam ei. Et factum. L. est cum appropinquasset Jesus ad bethfage et bethaniam ad montem qui vocat olineti misit. M. R. duos discipulos dicens illis. Ite in castellum quod contra vos est. In quod. L. introeuntes statim inuenietis asinam alligatam et pullum. L. R. asine alligatum cum ea cui nemo vnq; hominum sedit. Soluite et adducite illum. Et. L. siquis vos interrogauerit quare solui tis. sic dicetis ei qa dominus operam eiꝰ desiderat et' necessarius. R. est. et dominꝰ. M. his opus habet et confestim dimittent eos. Hoc autem factum est vt adimpleretur quod dictū est per prophetam. R. dicentem. Dicite filie syon. Ecce rex tuus

Glosa.

Sequūtur hic euāgeliste diuersas trālationes illius qō habeatur zacharie nono. pur ei voluit spiritusctus trāslatiōz

venit tibi mā ſuetus ſedēs ſup aſinā 7 pullū filiū ſubiugal'. ¶Noli. J. timere filia ſyō. ecce rex tu⁹ venit ſedēs ſup pullū aſine ¶Hec nō cognouerūt diſcipuli ei⁹ primū ſz qñ glorificat⁹ eſt ihs. tūc recordati ſūt qz hec ſcripta erāt d̄ eo 7 hec fecerūt ei. ¶Eūtes .M. āt diſcipuli fecerūt ſicut p̄cepit eis ihs. 7. R. inuenerūt pullū alligatū añ ianuā foris i biuio 7 ſoluerūt eū. Quidā ex illis dixerūt eis. Quid facitis ſoluentes pullū. ¶Et illi dixerūt ſicut. R. p̄cepit eis ihs. qz. L. dñs eū necessarium hz. R. 7 dimiſerūt eis 7 adduxerūt. .M. aſinā 7 pullū 7 iposuerūt ſup eos veſtimenta ſua 7 eū deſup ſedere fecerūt. ¶Eūte. L. autē illo plurima. .M. turba ſtrauerūt veſtimēta ſua in via aūt ramos de arboribus cedebāt 7 ſternebāt i via. ¶Turbe aūt que p̄cedebant 7 q̄ ſeq̄bāt clamabāt dicētes. Oſanna filio dauid. Bñdictus q̄ venit i noīe dñi. R. bñdictū qd venit regnū patris noſtri dauid oſanna in excelſis. ¶Et cū appropinq̄ret iā ad deſcenſū mōtis olīueti ceperunt oēs turbe d̄ ſcēdētiū gaudētes laudare deū voce magna ſup oībus q̄s viderāt virtutibus dicētes. Bñdictus. J. q̄ venit in noīe dñi. pax in celo et gloria in excelſis. Bñdict⁹ q̄ venit i noīe dñi rex iſrl. ¶Teſtimoniū g̃ phibeat turba q̄ erat cū eo qñ lazarū vocauit d̄ monumēto 7 ſuſcitauit eū a mortuis ꝓpterea 7 obuiā venit ei turba qz audierūt eū fecīſſe hoc ſignū. ꝓbanſei g̃ dixerunt ad ſemetipſos. Videtis qz nihil ꝓficimus. ecce mūdus tot⁹ poſt eū abijt. 7 quidā. L. phariseoz de turbis dixerūt ad illum. Magiſt̃ increpa diſcipulos tuos. Quib⁹ ipe ait. ¶Et ſi hi tacuerint lapides clamabūt.

septuaginta venire ad gētes ira voluit vt transferret 7 hoc vicz ꝓ ſanctificatōne oīm i quib⁹ septuaginta defecerūt ab hebraica veritate.

De fletu Jeſu ſup ciuitatem et eiectione vendentiū. .M. xxj. R xj. Luce xix.

Capitulum. cxvj.

¶L. vt appropinquaret vidēs ciuitatē flenit ſup illā dicēs. Quia ſi cognouiſſes 7 tu. 7 quidē in hac die tua q̄ ad pacē tibi. ¶Nūc aūt abſcondita ſunt ab oculis tuis. qz venient dies in te. 7 circūdabūt te inimici tui vallo 7 circūdabūt te 7 coangustabunt te vndiq̄ 7 ad terrā ꝓſternēt te 7 filios tuos q̄ i te ſūt. 7 nō relinquēt i te lapidē ſup lapidē eo q̄ nō cognoueris tp̄s viſitatiōis tue. 7. R. introiuit hierosolymas. ¶Et cū .M. intraſſet cōmota eſt vniuerſa ciuitas dicens. Quis eſt hic. ꝓpuli aūt dicebant. Hic eſt ieſus ꝓpheta a nazareth galilee. ¶Et intrauit Jeſus in tēplū dei 7 eijciebat oēs vēdētes 7 ementes in illo. L. de tēplo. .M. et mēſas numulariorū q̄ 7 cathedras vendētiū colūbas euertit 7 nō. R. ſinebat vt q̄ſq̄ trāſferret vas ꝓ templū. ¶Et docebat eos dicens. Nōne. R. .M. ſcriptum eſt. Domus mea domus oratōnis vocabitur cūctis. R. gentibus. Vos. .M. aūt. R. feciſtis eā ſpelūcā latronū. ¶Et accesſerūt .M. ad eū ceci 7 claudi in templo 7 ſanauit eos. Videntes aūt pūcipes ſacerdotum mirabilia que fecit 7 pueros clamantes in templo q̄ et dicētes. Oſanna filio dauid indignati ſunt et dixerunt ei. Audis quid iſti dicūt. Jeſus aūt dixit eis. Utiq̄. Nunq̄ legiſtis. Ex ore infantium dens 7 lactentium perfecisti laudez. ¶Et. L. erat quotidie docens in templo. Pūcipes aūt ſacerdotum 7 ſcribe 7 pūcipes plebis querebant illum pderē 7 non inueniebāt quid facerent ei. Omnis eñ populus ſuſpenſus erat audiens illum.

Hec fuit eiectio ſecūda ſz hiſtoria ſcolaſtica videatur cū hac miſcere primā de qua ſupra Joh. ſcō 7 miſcet hiſtoriā de Nicodemo

Glosa. Accipiendū eſt qđ ſucceſſiue ſedēt dominus ſuper aſinā 7 pullum.

De gentibus querentibus videre Jeſum 7 dedicatōe eius. J xij. ¶Et regreſſu eius in bethaniam. .M. xxj. R. xj.

Capitulum. cxvij.

¶Erant. J. autem gentiles quidā ex his q̄ aſcēderat vt adorarent in die feſto. Hi ergo accesſerunt ad Philippum qui erat in bethſaida galilee et rogabant eum dicentes. Domine volumꝰ ieſum videre. Venit philippus 7 dixit Andree. Andreas rurſū 7 philipp⁹ dixerūt Jeſu. Jeſus aūt rndit eis dicēs. Venit hora

vt clarificet filius homis. Amen amen dico vobis. Nisi granū frumenti cadens in terram mortuū fuerit ipm solum manet. Si autem mortuū fuerit multū fructū affert. Qui amat animā suā perdet eā ⁊ qui odit animā suā in hoc mūdo in vitaz eternā custodit eaz. Si qs mihi ministrat me sequatur, ⁊ vbi ego sum illic ⁊ minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus qui est in celis. Nunc anima mea turbata est. ⁊ quid dicā? Pater saluifica me ex hac hora sed propterea veni in hanc horā. pater clarifica nomen tuum alias filiū tuū. Venit ergo vox de celo ⁊ clarificaui et iterū clarificabo. Turba ergo que stabat ⁊ audierat dicebat tonitruū factum esse. Alij dicebant. Angelus ei locutus est. Respondit ihesus ⁊ dixit. Non ꝓpter me vox hec venit sed propter vos. Nūc iudiciū est mūdi. nunc princeps huius mundi ejicietur foras. et ego si exaltatus fuero a terra omnia trahā ad meipm. Hoc autē dicebat significās qua morte erat moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia xps manet in eternū. et quomodo tu dicis oportet exaltari filiū hominis? Quis est filius homis? Dixit ergo eis Ihesus. Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate dū lucem habetis vt nō tenebre vos cōprehendant. Et qui ambulat i tenebris nescit quo vadit. Dum lucem habetis credite in lucē vt filij lucis sitis. Hec locutus est Ihesus ⁊ abiit et abscondit se ab eis. Et relictis. Ad. illis et circūspectis. R. omnibus cum iam vespa esset hora exijt in bethaniā cum. xij. foras. Ad. extra ciuitatē ibiq; mansit ⁊ docebat eos de regno dei.

De ficulnea arefacta

Ad. xxj. R. xj. Capitulum. cxxiij.

Et alia. Ad. die. R. cum exiret d bethania mane. Ad. reuertens in ciuitatem esurijt. Cumq; R. vidisset longe ficū secus. Ad. viā habentē. R. folia venit ad eaz. Ad. si quid. R. forte in ea inueniret. Et cū veniss̄et nihil inuenit preter folia. Non em̄ erat tempus ficoruz. Et respondens dixit illi. Nunq; Ad. et tē fructus nascet in eternū. Nō R. amplius in eternuz ex te quisq; fructus māducet. Et arefacta. Ad. est continuo ficulnea. Et videntes discipuli ficum. R. aridaz factam a radicibus mirati. Ad. sunt dicētes. Quomodo cōtinuo aruit. Et recordatus Petr⁹ dixit ei. Rabbi Ecce ficus cui maledixisti aruit. Respondens autem Jesus ait. Habete fidem dei Amen. Ad. dico R. vobis si habueritis fidem et non hesitaueritis non solum de ficulnea facietis sed et si monti huic dixeritis. tolle te ⁊ iacta te in mare ita fiet. Propterea. R. dico vobis. Omnia quecunq; orantes petitis credite quia accipietis ⁊ venient vobis. Et cum stabitis ad orandum dimittite si quid habetis aduersus aliquez vt ⁊ pater vester qui in celis est dimittat vobis peccata vestra.

De questione baptismi Johannis

Ad. xxj. R. xj. L. xx. Capitulum. cxix.

Et. Ad. cū venisset in templū factū est vna dieru docente illo populuz in templo ⁊ euangelisante cōuenerūt ⁊ accesserūt. Ad. ad eū docentē principes sacerdotum ⁊ scribe. L. cū senioub⁹ populi. Ad. dicentes. In qua potestate hec facis? ⁊ qs dedit tibi hanc potestatē vt ita. R. facias? Dic. L. nobis? Respōdens. Ad. Jesus R dixit. L. Interrogo vos ⁊ ego vnū sermonem quem si dixeritis mihi ⁊ ego vobis dicaz in qua potestate hec facio. Baptismus Johānis vnde erat? De celo an ex hominibus. Respōdete. R. mihi. Et. Ad. illi. R. cogitabāt. L. intra se dicētes Si dixerimus de celo. dicet nobis quare ergo nō credidistis illi? Si autē dixerim⁹ ex hominibus. timemus turbā. Omnes em̄ habent iohannem sicut ꝓphetā. Et respōdentes ihesu dixerūt. Nescimus. Ait illis ⁊ ipe. Neq; ego dico vobis in qua potestate hec facio.

De duob⁹ filijs quorū vn⁹ fac voluntatē p̄is

Ad. xxj. Capitulum. cxx.

Quid autē vobis videtur. Homo quidā habebat duos filios et accessit

Dicit Augus. q̄ tertia die mi-

bes ad primū dixit. Fili vade hodie operare in vinea mea. Ille autē respondēs. Nolo postea aūt penitētia motus abijt. Accedēs aūt ad alterū dixit silr. At ille rndēs ait. Eo domine ⁊ non iuit. Quis ex duob⁹ istis fecit voluntatē patris? Dicūt primus. Dicit eis Iesus. Amē dico vobis q̄ publicani ⁊ meretrices p̄cedēt vos in regnū dei. Venit aūt ad vos Iohānes in via iustitie ⁊ non credidistis ei. publicani autē ⁊ meretrices crediderūt ei. Vos autē videntes nec penitētiā habuistis postea vt crederetis ei.

De iudice iniquita/

tis ⁊ de phariseo ⁊ publicano. L. xviij.

¶ Capitulum. cxxj.

Dicebat autē ⁊ parabolam ad illos quoniam oportet semp orare et nō deficere dicēs. Iudex quidā erat in ciuitate quadā qui deū nō timebat ⁊ hominē non reuerebat. Vidua autē quedā erat in ciuitate illa ⁊ veniebat ad eum dicēs. Vindica me de aduersario meo ⁊ nolebat p multuz tempus. Post hec aūt dixit intra se. Etsi deum nō timeo nec hoīem, reuereor tñ quia molesta est mihi hec vidua, vindicabo eaz ne in nouissimo veniēs suggillet me. Ait aūt dominus. Audite quid iudex iniquitatis dixit. Deus autē nō faciet vindictam electorum suoz clamantiū ad se die ac nocte ⁊ patientiā habebit in illis? Dico vobis q̄ cito faciet vindictā illoz. Veruntñ filius hominis veniens putas inueniet fidē super terrā? Dixit aūt ⁊ ad quosdā q̄ in se cōfidebāt tanq̄ iusti ⁊ aspnabant ceteros parabolā istam dicēs. Duo homines ascenderūt in templū vt orarēt. vnus phariseus ⁊ alter publican⁹. Phariseus stās hec apud se orabat. Deus gratias tibi ago q̄ nō sum sicut ceteri hominū. raptores iniusti. publicani. adulteri velut etiā hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato decimas do oīa quecūq̄ possideo. Et publican⁹ alōge stans nolebat nec oculos ad celū leuare sed percutiebat pectus suū dicēs. Deus p̄picius esto mihi pctōri. Dico vobis. descēdit hic iustificatus i domū suā ab illo. q̄ omnis qui se exaltat humiliabit: ⁊ qui se humiliat exaltabit.

De parabola locate

vinee agricolis. M. xxj. R. xij. L. xx.

¶ Capitulum. cxxij.

Aliam. M. pabolam audite. Cepit R. autez ad plebē dicere pabolam hanc. Hō. M. q̄dā. R. L. erat. M. paterfamilias q̄ plantauit vineā ⁊ R. sepē circūdedit ei ⁊ fodit in ea torcular. lacū R. fodit ⁊ edificauit. M. turrim. ⁊ locauit eaz agricolis colonis. L. Et p̄fectus est pegre M. R. multis. L. tpibus. Cum. M. autez tps fructuū appropinq̄sset in. L. tempo misit. M. R. L. suos seruos ad agricolas cultores. L. vt de fructu vinee darent illi. Et. M. acciperent ab agricol⁹. R. fructus M. eius. Et agricole appbensis seruis eius aliū ceciderunt ⁊ dimiserūt. R. L. vacuz ⁊ inanē. L. aliū. M. occiderūt. aliū vero lapidauerūt. Iterū misit alios seruos plures prioribus ⁊ fecerūt eis silr. in capite. R. cedentes. L. vulnerauerūt. R. ⁊ cōtumelijs affecerūt. ⁊ addidit alterū mittere q̄ illum vulnerantes eiecerūt. Nouissime. M. autē ad huc. R. habēs vnū filiū charissimū dixit. L. dñs vinee. Quid facā? Mittā filiū meum dilectū. illū. M. R. misit ad eos nouissime, dicens q̄ forte verebunt. L. filiū meum cū hūc viderint. Quē. L. cum. M. vidissent coloni cogitauerūt intra se ⁊ dixerūt R. ad inuicē. Hic. M. est. L. heres. R. venite occidam⁹ eū ⁊ habebim⁹ hereditatē vt. L. nostra sit hereditas. Et. M. apprehensum R. eū. eiecerūt eum extra vineā ⁊ occiderūt. L. Cum ergo venerit dñs vinee q̄d faciet agricolis illis? Veniet. R. L. ⁊ pdet colonos. M. malos. M. male pdet. ⁊ vineaz suam locabit alijs agricolis. q̄ reddēt ei fructū tempib⁹ suis. Quo. L. audito dixerūt illi. Absit. Ille autez respiciens eos dixit. Quid ergo est hoc q̄d scriptū est. R. nec. M. scripturā hāc legistis. Lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli A dño factum est istud ⁊ est mirabile in oculis nostris. Ideo. M. dico vobis quia auferet a vobis regnū dei ⁊ dabit genti faciēti fructus. L. eius. Omnis. M. q̄ ceciderit sup

Hoc est intelligendum dixisse christum vel alios de iudeis illud autem q̄ sequitur abbreuiarunt alij. vel ipsi omnes intellecta parabola christi.

lapidē istū cōquassabit. sup quē aūt ceciderit cōminuet 7 teret eum. Et cū audissent pūcipes sacerdotuz 7 phariſei parabolas eius cognouerūt q̄ de ipis diceret. Et querentes eum tenere 7 L. mittere in illum manus in illa hora timuerūt populū q̄r. Ad. sicut ꝓphaz illū habebāt 7 relicto eo abierūt

De veste nuptiali.

Ad. xxij. Cōsonat. L. supra. xiij. cū Gl. iij.

¶ Capitulum. cxxiij.

Et respondens iesus dixit iteruz in parabolis eis dicens. Simile factum est regnum celoz homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare invitatos ad nuptias 7 nolebant venire Iterū misit alios seruos dicēs dicite invitatis ecce p̄dium meū parauī. thauri mei 7 altilia occisa 7 oīa parata venite ad nuptias. Illi aūt neglexerūt 7 abierūt alius in villā suam alius ad negociationē suam reliqui vero tenuerūt seruos eius 7 p tumelia affectos occiderūt. Rex aūt cuz audisset iratus est 7 missis exercitibus suis pdidit homicidas illos 7 ciuitatē illoꝝ succendit. Tunc ait seruis. Nuptie quidē parate sunt sed q̄ invitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viarū 7 quoscūq̄z inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias congregauerunt omes quos inuenerunt malos 7 bonos 7 implete sunt nuptie discūbentiū. Intrauit autez rex vt videret discūbentes 7 vidit ibi hoīem non vestitū veste nuptiali. 7 ait illi. Amice quo modo huc intrasti nō habēs vestē nuptialem? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. ligatis pedibus 7 manibus mittite eū in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Multi em̄ sunt vocati pauci vero electi.

De tributo reddendo cesari.

Ad. xxij. R. xij. L. xx. ¶ Capitulum. cxxiiij

Tunc. Ad. abeuntes phariſei consilium inierūt vt capent eū in sermone. 7 L. obseruātes miserūt insidiatores quosdaz. R. ex phariſeis discipulos Ad. suos cū herodianis. L. qui se iustos simularēt vt euz capent in verbo 7 traderent principatui 7 ptāti p̄sidis. Qui. R. venientes interrogauerūt. L. illū dicentes Ad magister. Ad. R. scimus q̄ verax es 7 recte. L. docis 7 doces 7 nō. Ad. est tibi cure de aliq̄ et R. non curas quenq̄. Non. Ad. eū. L. respicis alias recipis pſonā hoīs neq̄. R. vides in faciē sed. L. in veritate. Ad. viam dei doces. Licet. L. Ad. nobis. R. dare tributum cesari an nō dabim⁹? R. Cōsideras L. autē dolum illoꝝ sciens versutiā eoruz et cognita. Ad. iesus nequicia eorum. Ait Quid. R. me tentatis ypocrite? Ostendite mihi denariū. L. vt videā? At. Ad. illi. R. obtulerūt ei denariuz. Et ait illis iesus. Cuius Ad. est imago hec 7 supscriptio eius? Cuius. L. habet imaginē 7 supscriptionē? Et respōdentes. L. dixerūt ei. Cesaris. Ad. R. Tunc. Ad. R. ait. L. illis reddite ergo que sunt cesaris cesari 7 que sunt dei deo. 7. L. nō potuerūt reprehendere verbū eius coram plebe. Et. Ad. audientes mirati sunt omnes. R. sup eo 7 mirati. L. sunt in ꝛ̄so ei⁹ et tacuerūt. 7 relicto eo. R. abierūt.

De muliere septē viris.

Ad. xxij. R. xij. L. xx. ¶ Capi. cxxv.

In illo. Ad. die. Accesserunt ad eū saducei q̄ dicūt nō esse resurrectōez 7 interrogauerūt eū dicentes. Ad magister moyses dixit 7. R. scripsit. L. nob Ut R. si. L. cuius. Ad. frater mortuus fuerit et dimiserit vxorem 7 filios nō reliquerit. vt Ad. frater. R. eius. L. ducat vxoreꝝ illius 7 suscitet semen fratri suo. Et erāt ergo apud nos septē fratres. Et primꝰ vxore ducta defunctus est sine. L. filijs nō. L. relicto semine 7 nō. Ad. hūs semen reliq̄t vxoreꝝ fratri suo. Similiē scōs accepit. R. eā 7 mortuus est sine. L. filio 7 nec. R. iste reliq̄t semen et R. tertius. L. similē. Ad. accepit. L. eaz vsq̄z Ad. ad septimū. et. R. acceperūt eā septem et nō. L. reliquerūt semē 7. L. mortui sunt Nouissima. Ad. R. oim mortua est 7 mulier. In resurrectione ergo eoꝝ cuius erit vxor. liquidē septē habuerūt eā vxorē? Et respondens iesus ait illis. Nōne ideo erratis nescientes scripturas neq̄z virtutez dei. ¶ filij. L. huius seculi nubēt 7 traduntur ad nuptias. Illi vero qui digni habebūtur seculo illo 7 resurrectōe ex mortuis nō nubent

neqz. M. nubent. R. neqz. L. ducunt vxo-
res neqz eñ vltra mori poterũt. Equales
M. R. eñ angelis ſunt. et. M. ſunt angeli
dei in celo. et. L. filij ſunt dei cum ſint filij re
ſurrectionis. Quia vero reſurgent mortui
Be. R. mortuis. M. q reſurgãt 7 moyſes
L. oſtendit ſecus rubũ ſicut dixit dñm deũ
abraam deũ yſaac 7 deũ iacob. Nunqd R
legiſtis in libro moyſi quod. M. dictuz eſt
a deo dicente vobis. Ego ſum de⁹ abraam
deus yſaac 7 de⁹ iacob. Deus. L. M. aũt R
nõ eſt mortuorũ ſed viuentiũ. Omnes eñ
viuunt ei. Vos. R. ergo multũ erratis. Et
M. audientes turbe mirabant in doctrĩa
eius. Rñdentes. R. antẽ quidã ſcribaz di-
xerũt. Magiſter bene dixiſti 7 L. amplius
nõ audebant eũ quicq interrogare.

De dilectione chri-

ſti ex toto corde. M. xxij. R. xij. de q 7 L. x.

¶ Capitulum. cxxvj.

Pariſei. M. autẽ audientes q ſi-
lentium impoſuit ſaduceis cõuene
runt in vnũ. Et acceſſit. R. vnus de ſcribis
legis. M. doctor qui. R. audierat illos cõ-
querẽtes 7 videns q bene illis rñderit inter-
rogauit tentãs. M. eũ Magiſter quod eſt
mãdatũ magnũ. R. primũ. M. in lege M
omniũ. Rñdit. R. ei Jeſus. M. q primũ
omniũ mandatuz eſt. Audi iſrael domin⁹
deus tuus de⁹ vnus eſt. Et diliges domi-
num deũ tuũ ex toto corde tuo 7 ex tota aĩa
tua 7 ex tota mente tua et ex tota vtute tua
hoc. M. eſt. R. primum 7 maximũ mãda-
tum. Scõm ſimile eſt huic. Diliges proxi-
mum tuum ſicut teipm. maius. R. horuz
aliud mandatũ nõ eſt. In his. M. duob⁹
mandatis tota lex pendet 7 pphete. Et. R.
ait illi ſcriba. Magiſter bene in veritate di-
xiſti q vnus eſt deus 7 non eſt alius preter
ipſum 7 vt diligatur ex toto corde 7 ex tota
mente 7 ex toto intellectu 7 ex tota anima 7
ex tota fortitudine 7 diligere proximũ tan-
q ſeipm maius eſt omnibus holocauſto-
matibus 7 ſacrificijs Jeſus aũt videns q
ſapienter reſpondiſſet ait illi. Non longe
es a regno dei.

De quadam interro

gatione phariſeoz. L. xvij. Et alia interro

gatõne cuius eſt xps filius. M. xxij. R. xij
Lu. xx.

¶ Capitulum. cxvij.

Interrogatus. L. autez a phariſeis
quãdo venit regnũ dei 7 reſpondit
eis 7 dixit. Non venit regnũ cũ obſervatõ
ne neqz dicẽt. Ecce hic aut ecce illic. Ecce enĩ
regnum dei intra vos eſt. Cõgregatis M
autem phariſeis Interrogauit eos ihs di-
cens. qd vobis videt de xpo cui⁹ filius eſt
Dicunt ei dauid. Et. R. rñdens ieſus dice
bat docens in templo. Quomõ ergo dicũt
ſcribe xpm filiũ dauid cui ipſe dauid dice-
bat in ſpũſctõ. Dixit dñs dño meo ſede a
dextris meis. Donec ponã inimicos tuos
ſcabellum pedũ tuoz. Quo ergo dauid in
ſpũ in. L. libro pſalmorũ. Vocat. M. eum
dñm 7. R. vñ. Quõ L. eſt filius eius Et ne
mo. M. poterat rñdere ei verbũ. Et R. mt
ta turba lib ẽter eũ audiebat. neqz. M. aũ-
ſus fuit ꝺſq eũ amplius ex illa die interrogare.

De doctrinis phari

ſeorum audiendis. M. xxiij. R. xij. L. xx.

¶ Capitulum. cxxviij.

Tunc. M. ieſus locutus eſt ad tur-
bas 7 ad diſcipulos ſuos 7 dicebat
eis in doctrina ſua. Super M. cathedram
Moyſi ſederũt ſcribe 7 phariſei. Omia ergo
quecunq dixerint vobis ſeruate et facite.
ſm vero opa eorũ nolite facere. Dicũt enim
et nõ faciũt. Alligant autẽ onera grauia et
importabilia 7 imponũt i humeros hoĩm
digito autẽ ſuo nolunt ea mouere. Omia ve
ro opa ſua faciũt vt videãtur ab hominib⁹
Attendite. L. et cauete. R. a ſcribis. Bilat-
tant. M. eñ philacteria ſua 7 magnificãt
fimbrias. Volunt. L. R. in ſcolis ambula-
re amant. M. R. L. autem primos recubi-
tus in cenis 7 L. conuiuijs. primas. M. L.
cathedras in ſynagogis 7 in primis cathe-
dris ſedere in ſynagogis 7. M. ſalutatões
R. L. in foro qui. R. L. deuorãt domos vi
duarũ ſub obtẽtu. R. prolixe oõnis ſimu
lãtes. L. longã oõnem. hi accipiunt dãna-
tionẽ maiorẽ 7. R. plixius iudiciũ. Omãt
M. vocari rabbi. vos autem nolite vocari
rabbi. Unus eſt enĩ magiſter veſter. Oẽs
autẽ vos fratres eſtis. et patrẽ nolite vobis
vocare ſup terram. L. vnus eſt enĩ pater ve
ſter qui in celis eſt. Nõ vocemini magiſtri

quia magister vester vnus est xp̄s. Qui maior est vestrum erit minister vester. Qui autem se exaltauerit humiliabit̄. ⁊ qui se humiliat exaltabitur.

De ve multiplici.

M.xxiij. L.xj. et xiij. Capi. cxxix.

Ve. M. vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite qui claudit regnū celorum ãn homies. vos em̄ nō intrat̄ nec introeuntes sinitis intrare

Quãuis ista ponantur sub eo contextu dicta per euãgelistas potest tamen dici q̄ diuersis tēporibus fuerunt predicta.

Ve vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite qui comedit̄ domos viduar̄ lōga oratiões ꝓpter hec amplius accipiet̄ iudiciū. Ve vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite q̄ circuit̄ mare ⁊ aridam vt faciatis vnū ꝓselitū ⁊ cū fuerit facti⁹ facitis eū filiū gehēne duplo q̄ vos. Ve vobis duces ceci qui dicitis quicūq; iurauerit p templū nihil est. Qui autē iurauerit in auro templi debet. stulti ⁊ ceci. qd em̄ maius est aurū an templū qđ sanctificat aurū? Et q̄ iurauerit in altari nihil est. qui autē iurauerit in dono qđ est sup illud. Ceci Quid em̄ maius est donū an altare quod sanctificat donū? qui ergo iurat in altari iurat in eo ⁊ in oīb⁹ que sup illō sunt. Et q̄ iurat in templo iurat in illo ⁊ in eo q̄ habitat in ipo. Et qui iurat in celo iurat in throno dei ⁊ in eo q̄ sedet sup eū. Ve. M. vobscribe. L. ⁊ pharisei ypocrite qui decimatis mentā ⁊ anetū rutā. L. ⁊ cyminū. M. ⁊ oīa olus ⁊ relinquitis. M. L. que graviora sunt legis. iudiciū ⁊ miam. ⁊ fidē ⁊ charitatem dei. Hec autē oportuit facere ⁊ illa nō omittere. Duces. M. ceci excolātes culicē camelū autē glutientes. Ve. L. vobis phariseī qui diligitis ꝓmas cathedras in synagogis ⁊ salutatões in foro. Ve vobis qui estis vt monumēta que nō apparent ⁊ homines ambulātes nesciūt. Rndēs aūt quidaz ex legispitis ait illi. M. magister. Hec dicens etiā nobis cōtumeliā facis. At ille ait Et vobis legispitis ve qui oneratis homines oneribus q̄ portare nō pōt ⁊ ipsi vno digito nō tangit̄ sarcinas. Ve. M. vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite qui mūdatis qđ de foris est calicis ⁊ parapsidis. intus aūt pleni estis rapina et immūdicia. Pharisee cece mūda prius quod intus est calicis ⁊ parapsidis vt fiat illud qđ deforis est mūdus Ve vobis scribe ⁊ pharisei ypocrite qui similes estis sepulcris dealbatis q̄ foris apparēt homib⁹ speciosa intus autē sunt plena ossib⁹ mortuor̄ ⁊ omni spurcicia. Sic ⁊ vos qđē a foris appare[t] hominibus iusti intus aūt pleni estis ypocrisi ⁊ iniqtate. ve M. vobis. L. scribe ⁊ pharisei ypocrite qui edificatis sepulcra ꝓphetar̄. patres. L. aūt vestri occiderūt illos ⁊ ornatis. M. monumēta iustor̄. Et dicitis si fuissemus in diebus patrū nostror̄. nō essemus socij eor̄ in sanguine ꝓphetar̄. Itaq; testimonio estis vobismetipis. ⁊. L. pfecto testificamini q̄ consentis opib⁹ patrū vestror̄ qr. M. filij eorū estis qui ꝓphas occiderūt. qm̄ quidē. L. ipi eos occiderūt. Vos autē edificatis eorū sepulcra. ⁊. M. vos iplete mēsurā p̄rm vestror̄. Serpentes gehimia viperar̄ quō fugietis a iudicio gehenne? ꝓptera. L. ⁊ sapientia dei dixit. Ecce M. ego. L. mitto ad vos ꝓphas ⁊ ap̄los. L. ⁊ sapientes. M. ⁊ scribas ⁊. M. ex illis. L. occidetis et crucifigetis ⁊ ex eis flagellabitis in synagogis vris et pseqmini de ciuitate in ciuitatē vt veniat sup vos ⁊ inqrat̄. L. oīs. M. sanguis iustus sanguis. L. oīm ꝓphar̄ q̄ effusus ē sup. M. terrā a cōstitutōe. L. mūdi a generatione ista a sanguīe abel iusti vsq; ad sanguinē zacharie filij. M. barachie quē occidistis et. L. perijt inter templum ⁊ edē. R. ⁊ altare. Ita dico vobis requirēt ab hac generatōe. Amē. M. dico vobis veniēt hec oīa sup generationē istā. Ve vobis legispitis qui tulistis clauē scie ⁊ ipsi nō introistis et eos qui introibāt phibuistis. Cuz hec ad illos diceret ceperunt pharisei et legisperiti graviter insistere ⁊ os eius oppimere de multis. insidiātes ei. ⁊ querētes aliqđ capere ex ore ei⁹ vt accusaret eū. Dierū. M. birū. L. xiij. que occidis ꝓphas et lapidas eos q̄ ad te missi sunt. Quotiens volui congregare filios tuos quēadmodū gallina congregat pullos suos sub alas suas ⁊ nuis. L. nidū sunt sub pennis ⁊. M. noluisti. L. Ecce relinquet vobis dom⁹ vestra deserta. Dico em̄ vobis nō me videbitis amodo donec

ēniat. L. Ad. hora cum dicetis. Benedictus qui venit in nomine domini.

De vidua duo minuta offerente. R. xij. L. xj.

Capi. cxxx.

L. R. ſedens Jeſus cōtra gazophilaciū aſpiciebat eos qui mittebant munera ſua in gazophilaciuz quō. R. turba iactabat es et multi diuites iactabant multa. Cum veniſſet aūt vna vidua pauper. miſit duo minuta qō eſt quadrans. Dicit. L. autem ieſus paupculam illā viduam mittentē era duo minuta. Et cōuocatis. R. diſcipulis ſuis ait illi. Amen vere. L. dico vobis quoniam. R. L. vidua hec paup plus oībus miſit q miſerūt in gazophilaciuz. Dēs eñ ex eo qō abundabat illis miſerūt in munera dei. Hec aūt ex eo qō illi deeſt et. R. de penuria ſua oīa q habuit miſit totum victum ſuum.

De edificio templi 7 cōminatione euerſionis hierusalem. Ad. xxiij. R. xij. L. xxj.

Capi. cxxxj.

Egreſſus. Ad. ihs de teplo ibat. 7. R. cū egrederet Accesſerūt Ad. diſcipuli ei⁹ vt oñderēt ei edificatōez tēpli Et qbuſdā. L. dicētib⁹ d tēplo q̄ boīs lapidib⁹ et donis ornatuz eſſet. Dit. R. illi vnus ex diſcipulis ſuis. Magiſter aſpice q̄les lapides 7 quales ſtructure. Jpſe. Ad. autez reſpondēs ait eis. Videtis hec oīa 7. R. magnas edificatōnes. Amen. Ad. dico. R. L. vobis venient. L. dies in qbus nō. Ad. relinquet. R. L. hic lapis ſup lapidē qui non deſtruat. Sedente. Ad. R. autem eo ſuper montē olīneti contra templū. Accesſerunt Ad. ad eū diſcipuli ei⁹ ſecreto. 7. R. interrogabant eū ſeparatim Petrus 7 Jacob⁹ 7 andreas 7 Johānes dicentes. Ad. Dic nobis q̄ceptor. L. q̄n hec erūt 7. R. hec fient. Ad. quod. R. L. ſignū aduētus tui 7 ꝓſummationis ſeculi⁹ 7. R. qō ſignuz. L. cū hec fieri incipiēt 7 cōſummari. R. Et. Ad. Rñdēs R. L. Jeſus dixit. Videte ne q̄s vos ſeducat. multi veniēt in noīe meo dicētes Ego ſum xp̄s 7 multos ſeducēt. 7 L. tempus appropinquabit. Nolite ergo ire poſt illos. Audituri. Ad. eñ eſtis p̄elia 7 opiniones p̄lioꝝ. Cum autem. R. L. audieritis p̄elia 7 ſeditōes nolite terreri. Videte. Ad. ne turbemini oportet. Ad. R. eñ primū hec fieri ſed nōdū ſtatim finis. Tūc dicebat illis. Surget gens contra gentē 7 regnū aduerſus regnū 7 terremot⁹ magni erunt p loca et peſtilentie et fames terroreq̄ de celo et ſigna magna erūt. Hec. Ad. aūt. R. oīa initia ſunt doloꝝ. Videte. R. autē vosmet ipſos. Sed. L. añ hec omnia iniiciēt vobis man⁹ ſuas pſequentē tunc. Ad. tradent vos in tribulatōem 7 occidēt vos. Tradēt. R. L. eñ vos in concilijs 7 in ſynagogis ſuis vapulabitis. 7 añ reges 7 p̄ſides ſtabitis propter me. ꝓpter. L. nomē meū. Continget autez vobis in teſtimoniū illis. R. 7 eñ tis. Ad. odio oībus gentibus propter nomen meū. Et tunc ſcādalizabunt multi et inuicē tradent 7 odio habebūt inuicem. Et multi pſeudo ꝓphete ſurgent et ſeducēt multos. Et quoniā abūdabit iniq̄tas refrigeſcet charitas multorū. Qui autē pſeuerauerit vſq̄ in finez hic ſaluus erit. Et predicabit hoc euangelium regni in vniuerſo mūdo. 7 in oīm gentes primū oportet predicari euangeliū in. Ad. teſtimoniū oībus gentibus. Et tunc veniet cōſummatio. Et. R. cū duxerint eos tradentes ponite. L. in cordib⁹ veſtris non premeditari quēadmodū rñdeat. Nolite. R. precogitare q̄d loq̄mini. Nō eñ vos eſtis loquētes ſed ſpūſanctus. Ego. L. enim dabo vobis os 7 ſapientiam cui nō poterunt reſiſtere 7 cōtradicere omnes aduerſarij veſtri. Tradet. R. autē frater fratrē in mortez et pater filiū 7 cōſurgent filij in parentes. 7 morte eos afficient. Trademini. L. enim a parentib⁹ 7 fratrib⁹ 7 amicis et cognatis et eritis. L. R. odio oīm̄bus hoīb⁹ propter nomen meū 7. L. capillus de capite veſtro non peribit. Qui. R. autē ſuſtinuerit vſq̄ in finē hic ſaluus erit. In patientia. L. veſtra poſſidebitis aīas veſtras. Cum. Ad. ergo. R. videritis abominatōnem deſolationis que dicta eſt a daniele ꝓpheta ſtantem in loco ſancto vbi. R. nō debet qui. Ad. R. legit intelligat. Cum. L. autē videritis circūdari ab exercitu hierlim tūc ſcitote/ quia appropinquabit deſolatio ei⁹. Tunc. Ad.

Hoc videtur tāgere penas peccatorum nouiſſimorum temporū

R. qui. L. in iudea sunt fugiāt ad montes/ et. AD. qui. R. in tecto nō descendāt aliqd tollere de domo sua/ 7 qui in agro nō reuertatur tollere tunicā suam 7. L. qui in medio eius sunt discedāt/ 7 qui in regionibus nō intrent in eā/ quia dies vltionis hi sunt vt impleant omnia que scripta sunt. Ve aūt AD. R. L. pregnantib⁹ 7 nutrientib⁹ in illis diebꝫ. Orate. AD. R. ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Erit. L. enim pressura magna super terram 7 ira populo huic. Et cadent in ore gladij 7 captini ducent in omnes gentes et hierusalem calcabit a gentibus donec impleant tempa nationū.

De signis iudicij. AD xxiij. R. xij. L. xvij. et. xxj. ac xij.

Capitulum. cxxxij.

L. ait ad discipulos suos veni et tps qñ desiderabitis videre vnū diem filij hois 7 nō videbitis. Erit. AD ei tunc tribulatio magna. Erūt. R. autē dies illi tribulationis 7 tales quales nō fuerunt ab initio creature quam cōdidit deus vsq; nunc neq; fient. Et nisi abbreuiasset dominus dies illos non fuisset salua omnis caro sed propter electos quos elegit dominꝰ abbreuiabit dies. Et. L. dicent vobis. Ecce hic ecce illic. Tunc. AD. si. R. quis vobis dixerit. Ecce hic est christus aut illic/ nolite credere nolite. R. ire neq; sectemini. Surgent. AD. R. enim pseudo christi 7 pseudo pphete et dabunt signa magna et pdigia 7 portenta. R. ad seducendos si fieri potest etiā electos. Ita AD. vt in errorez ducant si fieri pōt etiā electi. Ego pdixi vobis oia. vos ergo videte. Si ergo. AD. dixerint vobis. Ecce in deserto est nolite exire. Ecce in penetrabilibus nolite credere. Nam. L. sicut fulgur exit. AD. ab oriente comparet. L. de sub celo in ea que sub celo sunt fulget 7 apparet. AD. vsq; in occidentem. ita. L. erit filius hominis 7 aduentus. AD. in die. L. sua. Ubicūq; AD. fuerit corp illuc congregabunt 7 aquile. Primū. L. autez oportet illum multa pati 7 reprobari a generatione hac. Stati. AD. R. aūt post tribulationez die illoz sol obscurabit. 7 luna nō dabit lumē suū 7 stelle cadent de celo. Et. L. erūt xxj. signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gentiū pre confusione sonitꝰ maris 7 fluctuū arescentib⁹ hoīb⁹ p timore et expectatōe q̄ supuenīet vniuerso orbi. Et. AD. virtutes. L. celoz et. R. que sub celo sunt mouebunt. AD. R. L. Et tunc. AD. apparebit signū filij hominis in celo 7 . AD. tūc. R. L. plangent se oēs trib⁹ terre. Et tunc videbunt filiū hoīs venientē in nube cū ptate magna. R. L. et gloria. R. et maiestate. L. AD. Et mittet. AD. R. angelos. cū tuba et voce magna 7 cōgregabūt electos a q̄tuor ventis a summis celoz vsq; ad terminos eoruz. a. R. summo terre vsq; ad summū celi Ab. AD. arbore. R. fici discite parabolā. Cuz iam ramꝰ eiꝰ tener fuerit 7 folia nata. cognoscitis. R. qz in primo sit estas. Vnde L. aūt fieri incipientibus respicite 7 leuate capita vestra qm̄ appropinq̄t redēptio vestra. Et dixit illis similitudinē. Videte ficulneā 7 oēs arbores cū producūt iaz ex se fructū scitote qz pe est estas. Ita. AD. et. L. vos. R. cum videritis hec fieri scitote qz prope. AD. est et in ianuis et hostijs. R. regnum. L. dei. Amen. L. AD. R. dico vobis qm̄ nō trāsibit generatio hec. donec oia fiant. Celuz et terra trāsibūt. verba autē mea nō transibūt Attēdite. L. āt vobis ne forte grauent corda vestra crapula 7 ebrietate 7 curis huiꝰvite et supueniat sup vos repentina dies illa Tanq̄ enī laqus supueniet in oēs q̄ sedēt sup faciē ois terre. Ve. AD. die. R. aūt 7 hora illa nemo scit neq; angeli celoz neq;. R. filiꝰ nisi solꝰ pater. Sicut aūt. L. fuit. xvij. in diebꝰ noe ita erit in diebꝰ aduentus. AD. filij hominis. Sicut ei erāt ante diluuiū comedētes 7 bibētes. nubētes et nuptui tradentes edebant. L. 7 bibebāt 7 vxores ducebant/ et dabant ad nuptias vsq; ad eū diez in quo intrauit in arcā noe 7 non cognouerūt donec venit diluuiū 7 tulit 7 pdidit. L. oēs AD. Ita erit aduentus filij hoīs. Similiter L. sicut factū est in diebꝰ loth edebāt 7 bibebant emebāt 7 vendebāt plātabant 7 edificabāt. Qua die aūt exiuit loth a zodomis pluit dns ignē et sulphur de celo et oēs perdidit sm̄ hoc erit qua die filius hoīs reuelabit. in die illa qui fuerit in tecto/ et vasa eius in domo ne descēdat tollere illa. Et q̄

Possunt hec intelligi dicta diuersis viabus licet sonent.

in agro similiē nō redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicūq; quesierit animam suam saluā facere pdet illam. Et qui cunq; pdiderit eam viuificabit illaz. Dico L. vobis. M. In illa nocte erūt duo in lecto. vnus assumet et alter relinquet. Duo erunt molētes in vnū in. L. mola vna assumetur z altera relinquet. Duo in agro vn⁹ assumet z alter relinquet. Rndētes dicunt illi. Vbi dne? Qui dixit illis. Vbicūq; fuerit corpus illic congregabunt z aqle. Vigilate. L. xxj. itaq; oīm tpe orātes vt digni habeamini fugere oīa ista q futura sunt et stare ante filium hominis.

De vigilia z oratione. M. xxiiij. R. xiij. L. xij. Ca. cxxxiij.

Videte. R. vigilate et orate nescitis enī qn tps sit. Sicut enī hō qui peregre pfect⁹ reliqt domū suā et dedit seruis suis ptātē cuiusq; opis z ianitori pcepit vt vigilaret. Vigilate ergo nescitis ei qn dns domus veniat sero an media nocte an gallicātu an mane. Ne cū venerit repente inueniat vos dormiētes. Q̄ aūt vobis dico. oībus dico. vigilate. Sint. L. lūbi vestri pcincti z lucerne ardētes in manib⁹ vestris. Et vos silites hoīb⁹ expectantib⁹ dnm suum qn reuertat a nuptijs vt cū venerit z pulsauerit cōfestim aperiant ei. Beati sunt serui illi quos cū venerit dns inuenerit vigilātes. Amē dico vobis q̄ pinget se z faciet illos discūbere et trāsiens miistrabit illis. Et si venerit in scōa vigilia z si in tertia vigilia venerit z ita inuenerit. Btī sunt serui illi. Vigilate. M. q̄ qz nescit q̄ hora dns veniet⁹ sit. Hoc. M. aūt. L. scitote qm si sciret pfamilias q̄ hora fur veniret vigilaz vtiq; z nō sineret pfodi domū suā. Et vos estote parati qz qua hora non putatis filius hominis veniet. ¶ Ait. L. aūt ei petrus Dne ad nos dicis hāc parabolam an z ad oēs? Dixit autem dns. Quis putas est fidelis dispensator z prudens quē constituit dns super familiā suam vt det illis cibū in tempore. in tpe. L. tritici mēsuram? Beatus. L. M. ille seruus quē cū venerit dns inuenerit sic facientē. Amen. M. L. dico. M. vobis sup oīa bona que possidet cōstituet eum. Si. M. autē. L. dixerit male ille seruus in corde suo. morā facit dns meus venire et ceperit pcutere conseruos suos pueros. L. et ancillas z edere z inebriari. manducet autē z bibat cū ebriosis. Veniet. L. M. dns serui illius in die qua non sperat et hora qua nescit. z diuidet eum. partēq; eius cum infidelibus ypocritis. M. ponet. Ibi erit fletus z stridor dentiū. Ille. L. autē seruus q̄ cognouit voluntatē dni sui z nō preparauit z nō fecit sm voluntatē eius plagis vapulabit multis. Qui autē nō cognouit z fecit digna plagis vapulabit paucis. Omni aūt cui multū datū est multū quereꝫ ab eo. z cui cōmendauerūt multū plus petēt ab eo. Ignē veni mittere in terrā. Et quid volo nisi vt accendat. Baptismo habeo baptizari z quō coartor vsq; dū p̄ficiat. Putatis quia pacē veni dare in terram. nō dico vobis sed sepationē. Erūt ex hoc enī q̄ in vna domo diuisi. tres in duos z duo in tres. Diuidet pater in filiū z filius in patrem suū. Et mater in filiā z filia in matrē. Socrus in nurū suā z nurus in socrū suā.

De decem virginib⁹ et de decem talentis et de modo iudicij. M. xxv. Capitulum. cxxxiij.

Tunc simile est regnū celoꝝ decem virginibus que accipientes lampades suas exierunt ob uiaz sponsi et sponse. Quinq; autem ex eis erant fatue z quinq; prudētes. sed quinq; fatue acceptis lampadibus nō sumpserūt oleū secū. Prudentes vero acceperunt oleū in vasis suis cū lāpadibus. M. Morā aūt faciente sponso dormitauerūt oīes z dormierūt. M. Media autē nocte clamor factus est. Ecce sponsus venit exite obuiā ei. Tūc surrexerūt oēs virgines ille z ornauerūt lāpades suas. Fatue autē sapiētibus dixerūt. Date nobis de oleo vestro qz lāpades nostre extinguūtur. Rndērunt prudētes dicētes. Ne forte nō sufficiat nobis z vobis ite potiꝰ ad vendentes z emite vobis. Dum aūt irent emere venit sponsus z q̄ parate erāt intrauerūt cum eo ad nuptias. z clausa est ianua. Nouissime vero veniūt z reliq; virgines dicentes. Dne dne aperi nobis. At ille rndens ait.

Amē dico vobis. Nescio vos Vigilate ita
q̄r nescitis diē neq̄ horā. Sicut enim hō
pegre pficiscens vocauit suos suos ⁊ tra-
didit illis bona sua ⁊ vni dedit q̄nq̄ talen-
ta. alij duo. alij vero vnū. vnicuiq̄ ꝓm pro
priā virtutē ⁊ pfectū est statim. Abijt autē
qui q̄nq̄ talenta accepat ⁊ opatus est in eis
⁊ lucratus est alia q̄nq̄. Similr ⁊ qui duo acce-
perat lucratus est alia duo. Qui autē vnū acce
perat abijt ⁊ fodit in terrā pecuniā domi-
ni sui. Post multū vero tpis venit dñs ser-
uorum illoꝝ ⁊ posuit ratiōē cū illis. Et ac-
cedens qui quinq̄ talenta accepat obtulit
alia quinq̄ talenta dicens. Dñe quinq̄ ta-
lenta tradidisti mihi ecce alia quinq̄ talen
ta suplucratus sum. Ait illi dñs ei⁹. Euge ser
ue bone ⁊ fidelis q̄ sup pauca fuisti fidelis
sup multa te cōstituam. Intra in gaudiū
dñi tui. Accessit aūt ⁊ qui duo talenta acce
perat ⁊ ait. Dñe duo talēta tradidisti mihi.
ecce alia duo suplucratus sum. Ait illi dñs ei⁹
Euge serue bone et fidelis q̄ super pauca
fuisti fidelis sup multa te ꝓstituam intra in
gaudiū dñi tui. Accedēs aūt ⁊ q̄ vnū talē-
tum accepat. Ait. Dñe scio q̄ durus es. me-
tis vbi nō semiasti. ⁊ congregas vbi non spar
sisti ⁊ timēs. Abij ⁊ abscōdi talentū tuū in
terrā. Ecce habes q̄ tuū est. Rñdens aūt
dñs eius dixit ei. Serue male ⁊ piger scie-
bas q̄ meto vbi nō semio ⁊ congrego vbi nō
sparsi. oportuit ergo te pecuniā meam cō-
mittere numulariis ⁊ veniens ego accepis-
sem vtiq̄ q̄ meū est cū vsura. Tollite igit̄
ab eo talētū ⁊ date ei q̄ hz decē talēta. omni
enī hīti dabit ⁊ abūdabit. ei aūt q̄ nō hz ⁊
q̄ videt hīe auferet ab eo. ⁊ inutilē seruū ei⁹
ite i tenebras exteriores. Illic erit fletꝰ et stri
dor dētiū. Cū aūt venerit filius hois i ma
iestate sua ⁊ oēs angeli eius cū eo. tūc sede-
bit sup sedē maiestatis sue ⁊ congregabunt añ
eū oēs gentes ⁊ sepabit eos ab inuicē sicut pa
stor segregat oues ab edis. et statuet oues
quidē a dextris. edos aūt a sinistris. Tūc dicet
rex his q̄ a dextris ei⁹ erūt. Venite benedicti
patris mei: possidete paratū vobis regnū a
constitutōe mundi. Esurini enī ⁊ dedistis
mihi manducare. sitiui ⁊ dedistis mihi bi-
bere: hospes eram ⁊ collegistis me. Nudus
eram ⁊ cooperuistis me. infirm⁹ ⁊ erā visitastis
me. In carcere eram ⁊ venistis ad me. Tunc
respondebūt ei iusti dicētes. Dñe quando
te vidimus esurientē ⁊ pauimus. sitientē ⁊
dedimus tibi potū? Quando autē te vidi
mus hospitē ⁊ collegimus. Aut nudū ⁊ co
operuimus te? Aut quādo te vidimus infir-
mū aut in carcere ⁊ venimus ad te? Et respō
dens rex dicet illis. Amē dico vobis q̄diu
fecistis vni de his fratrib⁹ meis minimis
mihi fecistis. Tunc dicet ⁊ his q̄ a sinistris
eius erūt. Discedite a me maledicti in ignē
eternū qui paratus est diabolo et angelis
eius. Esurini enī ⁊ nō dedistis mihi man-
ducare. sitiui ⁊ nō dedistis mihi potū. hos-
pes eram ⁊ nō collegistis me. Nud⁹ ⁊ non
operuistis me. Infirmus ⁊ in carcere ⁊ nō
visitastis me. Tunc respondebunt ei ⁊ ipi
dicētes. Dñe quādo vidimus te esurientes
aut sitientē aut hospitē aut nudū aut infir
mū aut in carcere ⁊ nō ministrauimus tibi
Tūc respondebit illis dicens. Amen dico
vobis. q̄diu nō fecistis vni de minoribus
his. nec mihi fecistis. ⁊ ibunt hi in supplī-
ciū eternū. Justi aūt in vitā eternā.

De modo cristi ī do
cendo. L. xxj. ⁊ de obstinatōe iudeoꝝ. J. xij

¶ Capitulum .cxxxv.

Erat. L. autē in diebus docens in tē
plo. noctibus ve-
ro exiens morabatur in mōte q̄ vocat olive-
ti. Et omis popul⁹ manicabat ad eū venire in t. plo
audire illū. Cum. J. autē tanta signa fecisset coram il
lis nō credebant in eū vt sermo ysaie cōpleret quē
dixit. Dñe quis credidit auditui nostro? et
brachium dñi cui reuelatū est? Propterea
nō poterant credere quia iterū dixit ysaias
Et excecauit oculos eoꝝ ⁊ induravit cor
eoꝝ vt nō videant oculis ⁊ intelligāt corde
⁊ cōuertātur ⁊ sanem eos. Hoc dixit ysa
as quādo vidit gloriā eius ⁊ locut⁹ est de
eo. Verūtamen ex principib⁹ multi crediderunt in eū sed propter phariseos nō con
fitebātur vt de synagoga nō ejicerent. Di-
lexerūt enim gloriā hominū. magis q̄ glo
riā dei. Jesus autē clamauit et dixit. Qui
credit in me nō credit in me sed in eū q̄ mi-

(Et potest hoc intelligi positum hic per rememorationem quando sequit ad ea que christ⁹ dixit ante ser. dies pasche.)

sit me. Ego lux in mundū veni vt oīs qui credit in me. in tenebris nō maneat ⁊ si quis audierit verba mea ⁊ custodierit ego nō iudico. Non em̄ veni vt iudicē mundū/ sed vt saluus faciā mundū. Qui spernit me: et nō accipit verba mea. habet qui iudicet eū Sermo quē locutus sum ille iudicabit eū in nouissimo die. quia ego ex meipso non sum locutus sed q̄ misit me pater. ipse mihi mādatū dedit quid dicā ⁊ quid loquar. Ego scio quia mādatū eius vita eterna ē. Que ergo ego loquor sicut dixit mihi pater sic loquor.

De festo azimorū ap

propinquante. M. xxvj. R. iiij. L. xxij. J. xiij.

Capitulum. cxxxvj.

A Propinqbat. L. autez dies festus azimorū qui dicitur pascha. Erat R. autez pascha et azima post biduū. Et. M. factū est cum cōsummasset Jesus sermones hos omnes dixit discipulis suis. Scitis quia post biduz pascha fiet ⁊ filius homis tradet vt crucifigat: Tunc congregati sunt principes sacerdotum ⁊ seniores in atriū principis sacerdotū qui dicitur cayphas ⁊ consiliū fecerunt. Et. R. q̄rebant. L. summi sacerdotes ⁊ scribe quomō eum dolo tenerent ⁊ occiderent. timebant L. vero plebē. Dicebāt. M. R. autē non in die festo ne forte tumultus fieret in populo. Intrauit. L. autē sathanas in iudaz qui cognominat scarioth vnum de duodecim Tunc. M. abijt. R. L. vnus de duodecim ad principes sacerdotū ⁊ summos: R. sacerdotes vt proderet eū illis. Et. L. locutus ē cū principibus sacerdotū ⁊ magistratibus quēadmodū illū traderet eis. ⁊ ait. M. illi Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eū tradam: Qui. R. L. audientes gauisi sunt et promiserūt. ⁊ pacti. L. sunt pecuniā illi dare. At illi cōstituerūt ei triginta argenteos et spopondit. Et. M. exinde. R. L. querebat oportunitatē vt eum oportune. R. traderet sine. L. turbis. Ante. J. diem festum pasche sciens Jesus/ quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem. cum dilexisset suos qui erant in mundo in finē dilexit eos.

Hec ē dies mercurij ante diem veneris sanctaz

Tertia pars

principalis huius cōtexte de egressu passionis ⁊ resurrectionis christi.

Hec est dies Jouis in cuius vespere fiebat eius agni. et hec vocatur prima dies azimorū.

De missione

Petri Johānis p̄ma die azimorū quā Johannes vocat ante festus pasche. M. xxvj. R. xiiij. L. xxij. J. xiij.

Capitulum. cxxxvij.

P Ruma. M. R. autē die azimorum quando. R. pascha immolabatur in qua. L. necesse erat pascha occidi. Accesserunt. M. discipuli ad iesum et dicunt. M. R. ei. Quo vis eamus et paremus tibi vt manduces pascha: Et mittit ex discipulis suis Petrum. L. et Johannē dicens. Euntes parate nobis pascha vt mā ducemus. At illi dixerunt. Ubi vis paremus: Et dixit ad eos. Jte. M. in ciuitatem. R. ad quendam. M. Ecce. L. intrantibus vobis in ciuitatē occurret vobis homo amphorā aque portās. seq̄mini eum in domū in quā intrat ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi. Magister. Tempus. M. meū p̄pe ē apd̄ te facio pascha vbi R. est refectio mea: Ubi. L. est diuersorium vbi. L. R. pascha cū discipulis meis manducem: Et ipe ostendet cenaculū magnū stratum et ibi parate. Et. R. abierunt discipuli eius ⁊ venerūt in ciuitatez. Euntes L. R. autē inuenerūt sicut dixit illis Jesus et parauerūt pascha. Ue-

Hic fuit eius agni.

spere. R. autē facto venit cū duodecī. ⁊. L. cum facta esset hora discubuit ⁊ duodecī apli cū eo;

De ablutōe pedum

Johan. xiij.

Capitulum. cxxxviij.

Et cena facta cū diabolus iam mī sissset in cor vt traderet eū iudas symonis scarioth sciens quia omnia dedit ei pater in manus. et q̄ a deo exiuit et ad deum vadit. Surgit a cena ⁊ ponit vestimenta sua. et cū accepisset linteū precinxit se. Deinde misit aquā in peluim ⁊ cepit lauare pedes discipulorū suorum ⁊ extergere linteo quo erat precinctus. Venit ergo

ad symonē petrū ⁊ dicit ei petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Non lauabis mihi pedes in eternū. Respondit ei iesus. Si non lauauero te nō habebis partē mecum. Dicit ei Symon petrus. Non tm̄ pedes. sed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei Jesus. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet. sz ē mūdus totus ⁊ vos mūdi estis sed ñ oēs. Sciebat nāq; quisnā esset qui traderet eū propterea dixit nō estis mūdi oēs. Postq; ergo lauit pedes eoꝝ accepit vestimenta sua. ⁊ cum recubuisset iteruz dixit eis. Scitis q̄d fecerim vobis? Vos vocatis me magister ⁊ domine ⁊ bene dicitis. Sum eteni. Si ergo ego laui pedes vestros dominꝰ et magister. ⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū enī dedi vobis vt quēad modum ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Amen dico vobis nō est seruus maior domino suo. Neq; apl'us maior eo q̄ misit illum. si hoc scitis beati eritis si feceritis ea.

De sacramenti institutione. M. xxvj. R. xiiij. Luce. xxij.

¶ Capitulum. cxxix.

Quanducātibus ait Jesus. Desiderani hoc pascha māducare vobiscum anteq; patiar. Dico enim vobis qꝝ ex hoc nō māducabo illud donec impleat in regno dei. ¶ Cenanti autē illis. Accepit iesus panē gratias. L. egit ⁊ benedixit. M. ⁊ fregit. M. L. deditq; discipulis suis ⁊ ait. Accipite. M. ⁊ comedite. hoc. M. est. L. corpus. R. meū qō pro vobis tradet hoc facite in meā cōmemoratōez. Similiter ⁊ calicez postq; cenauit accipiens. M. gratias egit ⁊ dedit illis dicens. Accipite. L. et dimidite inter vos ⁊ bibite. M. ex hoc omes. Hic est sanguis meus noui testamenti. Hic. L. est calix nouū testamētum in meo sanguine. L. qui pro vobis et. M. pro multis effundetur in remissionem peccatoꝝ. Dico autem vobis quia non bibā amodo de hoc genimine vitis vsq; in diē illū cum illud bibam nouū vobiscū in regno patris mei dei. R. Et biberunt ex eo omnes.

Videtur intelligendum q̄ cena agni fuerit alia cena vel eadem discōtinuata per pedum lotionez vt intelligē per dictum Johannis.

De predictione negationis Petri et questione discipulorum. M. xxvj. R. xiiij. L. xxij. J. xiij.

Capitulum. cxl.

Tunc. M. L. dixit illis iesus. Omnes vos scandalū patiemini in me in ista nocte quia scriptum est. Percutiam pastorem ⁊ dispergentur oues gregis. sed postq̄ resurrexero precedam vos in galileam. Respondēs autem Petrus ait illi. Et si omnes scādalisati fuerint in te. ego nunq̄ scandalisabor. Et. M. ait illi iesus primsq̄. R. gallus bis vocem dederit ter me es negaturus. Amē. M. dico tibi. qꝝ in hac nocte antequā gallus cantet ter me es negaturus. At R. ille amplius loq̄batur. Et. M. si R. oportuerit me mori te cum te non negabo. Similr et oēs discipuli dixerūt. Non. J. de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim. sed vt adimpleatur scriptura. Qui māducat panē meū leuabit cōtra me calcaneū suū. Amē amen dico vobis primsq̄ fiat vt cuz fuerit factū credatis qꝝ ego sum. Amen amen dico vobis qui accipit si quem misero me accipit. qui autē me accipit. accipit eū q̄ me misit. Cuz hoc dixisset iesus turbatus est spiritu ⁊ protestatus est ⁊ dixit. Amen. J. R. dico vob quia vnus ex vobis me tradet qui. R. māducat mecuz. Aspicientes. J. ergo adinuicem discipuli hesitātes de quo diceret. Et M. contristati. R. valde ceperunt singuli dicere. Nūquid ego sum domine? At ille respōdens ait. Unus. R. ex duodecim qui M. intingit. R. mecū manū in parabside M. in catino. R. hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptuz est de illo. Ue autē homini illi p quē filius hominis

Intelligenda ē mina negatio petri velut vna nēgatio continuata que incepit anteq̄ gallus cantaret ⁊ sic intelligunt euangeliste minam negationem factam anteq̄ gallus cāt̄aret sed cōsumata ē anteq̄ secūdum galli cantū vt ponit M. arcnce repugnat qꝝ xp̄s vtrūq; dixerit nūc vt marc⁹ ponit & bis. nūc vt alij ad maiorem exaggerationem

tradetur. Bonum erat ei si natus nō fuisset homo ille. Respōdēs. Ad aūt iudas qui tradidit eū dixit. Nunquid ego sum Rabbi? ait illi. Tu dixisti Erat. J. ergo recūbēs vn⁹ ex discipulis eius in sinu iesu quez diligebat Jesus Innuit ergo huic symon Petrus z dixit ei. Quis ē de quo dicit? Itaq; cū recubuisset ille sup pect⁹ Jesu dicit ei. Domine qs est? Respondit Jesus. Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem dedit iude symoni scariothis. Et post buccellam tunc introiuit in eum sathanas. Et dicit ei iesus. Quod facis fac citius Nocauit nemo sciuit discumbentiū ad quid dixerit ei. Quidā enim putabant quia loculos habebat Judas quia dicit ei iesus. Eme ea que opus sunt nobis ad diez festum. Aut egenis vt aliquid daret. Cuz ergo accepisset ille. exiuit cōtinuo. Erat autem nox. Cuz ergo exisset dicit iesus. Nūc clarificatus est filius hominis z deus clarificatus est in eo. si deus clarificatus est in eo et deus clarificabit eum in semetipso et continuo clarificabit eum. ¶ Filioli adhuc modicum vobiscuz sum. quenitis me et sicut dixi iudeis quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico mō. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. vt z vos diligatis inuicem. In hoc cognoscēt omēs quia mei estis discipuli. si dilectionez habueritis ad inuicem. Dicit ei Symō petrus. Domine quo vadis. Respōdit iesus quo ego vado non potes me sequi modo. sequens autez postes. Dicit ei Petrus. Quare non possuz te sequi modo? Animaz meam p te pono. Rñdit iesus/ animā tuam p me pones. Amen amen dico tibi Non cantabit gallus donec ter me neges. Et ipsi ceperunt querere inter se quis esset qui eum traditurus esset.

Intelligenduz est q iobānes pinquus iesu inclinauit faciem suam ad faciem iesu ipsum familiariter z silenter interrogans cui christus sub missa respondit.

Dixit hoc permittendo nō iubendo nec scelus aperiendo.

Facta est autez z contentio inter eos. quis eorum videretur esse maior. Dixit autē eis Reges gentium dominantur eorum: z qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Vos autem non sic sed qui maior est in vobis fiat sicut minor/ z qui precessor est sicut ministrator. Nam quis maior est qui recumbit/ an qui ministrat? Nōne q recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Vos autem estis qui pmansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vob sicut disposuit mihi pr me regnū vt edatis z bibatis sup mensam meā in regno meo. z sedeatis sup thronos iudicātes duodecim tribus israel Dixit autez dominus symoni. Symon ecce sathan expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua. Et tu aliquādo conuersus pfirma fratres tuos. Qui dixit. Domine tecum sum paratus z in carcerē z in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi Petre. Non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me z dixit eis. Quando misi vos sine sacculo et pera et calciamētis. Nūquid aliquid defuit vobis? At illi dixerūt. Nihil. Dixit ergo eis sed nūc qui habet sacculum tollat similiē z peram/ sed qui nō habet vēdat tunicā suā z emat gladiū. Dico enim vobis quoniā adhuc hoc quod scriptuz est oportet impleri in me. Et cuz iniustis deputatus est. Etenī ea que sunt de me. finem habent. At illi dixerūt. Ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. satis est.

De sermone domini post cenaz et cōtinet multas rubricellas pro multitudine doctrinaz vbi p totuz de mysterio trinitatis Jo. xiiij. xv. xvj. xvij.

¶ Capitulum. cxlj.

Dixit discipulis suis. Non turbetur cor vestrū. Creditis in deum z in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissez vobis qz vado parare vobis locū et si abiero et preparauero vobis locum. iterū venio ad vos z accipio vos ad meipsum vt vbi ego sum et vos sitis. et quo ego vado scitis. et viā scitis. Dicit ei Thomas. Dñe nescimus

Prima rubricella.

quo vadis ⁊ quomō possumus viaz scire? Dicit ei iesus. Ego sum via veritas ⁊ vita. Nemo venit ad patrē nisi p me. Si cognouissetis me ⁊ patrem meū vtiqz cognouisse tis, ⁊ amodo cognoscetis eū ⁊ vidistis eum. Dicit ei philippus. Dñe ostende nobis patrem et sufficit nobis? Dicit ei Jesus. Tanto tempe vobiscū sum ⁊ nō cognouisti me Philippe qui videt me, videt ⁊ patrem meum. Quomodo tu dicis ostende nobis patrem? Nō credis quia ego in patre ⁊ pater in me est? Verba q̄ ego loquor vob a me ipso nō loquor. Pater autē in me manens ipe facit opa. Non creditis quia ego in patre ⁊ pater in me est. Alioquin ꝓpter opera ipa credite. Amē amen dico vobis qui credit in me, opera que ego facio ipse faciet et maiora horum faciet quia ego ad patrē vado. et quodcūqz petieritis in nōie meo hoc faciam vt glorificet pater in filio. si quid petieritis in nōie meo hoc faciam. ¶ Si diligitis me mandata mea seruate. ⁊ ego rogabo patrem ⁊ alium paraclitū dabo vobis vt maneat vobiscū in eternū spiritū veritatis quē mūdus nō potest accipere, qz nō videt eum nec scit eū. Vos autē cognoscetis eū, quia apud vos manebit et in vobis erit. Non relinquā vos orphanos. veniam ad vos. Adhuc modicuz ⁊ mūd⁹ me iam non videt. Vos autē videtis me quia ego viuo ⁊ vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, qz ego in patre meo ⁊ vos in me et ego in vobis. Qui habet mādata mea et seruat ea ille est qui diligit me. qui autē diligit me diliget a patre meo ⁊ ego diligā eū et manifestabo ei meipsum. Dicit ei Judas non ille scariothis. Domine quid factū est qz manifestaturus es teipm nobis ⁊ nō mundo? Respondit ei Jesus et dixit ei. ¶ Si quis diligit me sermonez meū seruabit ⁊ pater meus diliget eū, ⁊ ad eum veniemus ⁊ mansionē apud eū faciemus. Qui non diligit me sermones meos nō seruat. Et sermonem quē audistis nō est meus sed ei⁹ qui misit me patris Hec locutus sum vobis apd vos manēs

Secūda rubricella.

Questio Jude apostoli.

Tertia rubricella.

Implendus sermo xpi.

bet expto in ſua ſcia credendū eſt. Et iterū
Unuſquiſq̄ bñ iudicat de quibus nouit.
Quedā interptatio ē inevitabilis neceſſita
tis. potēs cadere circa quēlibet. dū certita
dinaliter videt imminēs piculū ſuum niſi
vim vi repulerit. ꝛ egerit ꝓtra generalis ver
ba legis. q̄ caſu eſt ſine culpa apud deū. q̄
uis dolere debeat q̄ incidit in hanc neceſſi
tatē. Et ſi docere ꝓt legitimis teſtimoniis
apud iudicē humanū absolutus erit. aliē
nō. qm̄ apud illud idē eſt de illis q̄ nō ſiſti
et q̄ nō apparēt. ¶ Quarta regula. Juris
interptatio ſeu diſpēſatio vel exceptio q̄ eſt
iudicialis ptātis hoc opat. q̄ agens/cōtra
verba legis nō punit apud hoies in exteri
oꝝ foro. Sed apud deū in foro cōſcie. pec
cabit vterq̄. ſ. diſpēſans. et cum q̄ diſpēſat
ſi talis nō fuerit qui diſpēſat. qualē deſcri
pſit xp̄s/fidelis ꝛ prudēs. Fidelis ne como
dū ꝓpriū fauorē vel honorē queſiuerit de
relicto diuino vel cōi bono. Prudēs vt ai
cūſpiciat vndiq̄ rō legis. ꝛ legiſlatoris in-
tentio. ¶ Eſt em̄ diſpēſatio. cōmenſuratō
ſeu diſtributio boni cōis. q̄le eſt lex. ad ſin-
gulos ſm legis intentionē ꝓut circūſtan-
tiarū varietas occurrerit/q̄ diſpēſatio ſi nō
fideliter ꝛ prudēter fiat eā appellat Beñ.
diſſipationē nō diſpēſationē. intelligē quo
ad deū ꝛ cōſciam. ſi bō cōſtituerit aut cōſtare
debuerit. Tenet vo freq̄nt apd hoies ſm
exteriora iudicātes hec diſpēſatio ſi nō cō-
tineat errorē aptum. Aut niſi fuerit ſupio-
ri lege phibita/qđ dī ꝓpter ſtatuta fieri pol
ſibilia/ circa papalis vſum ptātis per gene
rale cōciliū. ¶ Quinta regula. Juris in- E
terptatio vel exceptio que eſt doctoralis
auctatis releuat plurimū ñ obediētes nu-
do legis verbo. tam q̄ ad iudicia forenſia.
ſicut eſt ab expēſis relevatio. q̄ in foro con
ſcie ꝛ diuino iudicio p̄ſertim dum ſunt do
ctores famati. plures ꝛ exti in arte ſua. et

in moꝝ honestate ꝓbati. Alioquin sepe mentiē iniquitas sibi. dū corrupta est ꝑce vel ꝑcio. Excecat em̄ munera. etiā oculos ꝓdentiū. ¶Et si credit̄ Aristoteli expiē tie verba loquēti. Adulacia facit errare. nedum arca ⁊ clusiones elongatas a primis principijs sed in ipsismet principioꝝ motu raliū iannis quēadmodū reputabat̄ olim latrocinijs apud almanos/licarū teste Jusordidū apud romanos ⁊m ap̄lm ad eosdem. Et ita de pluribus hoibus datis in reprobum sensum. ꝓ varietate dānatōnis viciorū. ¶Serta regula. Juris interꝑtatio vel exceptio dispēsatio. sil̄ exigit dū sit altero ꝑdictoꝝ modoꝝ iudicialiter vel doctrinaliter ꝙ habeatur duplex intuitus vnus ad bonū diuinū ⁊ publicū. Alter ad ꝑticulare cōmodū illius ꝓ quo fit interꝑtatio vel dispēsatio. Euenit itaq; sepius ꝙ dum passim laxat̄ rigor legis ex q̄dam vt fingit̄ cōpassione. ⁊ misericordi cōdescēsione ad aliq̄s ꝑticulares positos sub lege/deperit ex altera ꝑte stabilitas et rigor disciplīe qui rigor est ꝑapue in oī lege seruādus. Docuerūt hoc romani qui ꝓprios etiā filios occiderūt. qui in seipsos rigorem legū suarū exercuerūt. q̄tinus disciplina militaris et obediētia legalis inviolata maneret. Docēt hoc fratres carthus. ꝙ sup esu carniū. vel nunq̄ vel rarissime dispēsationē recipiūt. Ac pinde disciplina regularis viget apud cos/ q̄ quantum sit collapsa apud religiones quasdā al's passim dispēsatōibus vtentes/videre stupor ⁊ dolor est. Sup qua re iam Bernardi ꝓ tpe suo querela nasceb̄at. Quid mō dicendū putabim⁹ de tam facili vt appellāt dispēsatōe ꝙ papa et ꝓlatos sup iuramētis licitis. Sup votis rōnabilibus. Sup immēsa bñficiorū pluralitate. Sup generali cōcilioꝝ nō obstantia. Sup priuilegioꝝ ⁊ exēptionū cōe ius priuantiū cōcessione. Quis oia dinumeraret ꝙ̄ nunc vigor ecclesiastice. immo et euangelice discipline totus vere languit. emarcuit. euanuit. Prouideat sup oībus sacrosanctū hoc Constantien. concilium. ¶Fundat̄ in hac radice stabilitas legū ꝙ consuetudo est optima legū positiuarū in tepres. ita si neq; iuri diuino neq; nature li fuerit cōtraria. Fundat̄ ⁊ illud Aristotel̄ politisantis. Non esse dandū ꝑmium inuentōibus nouas leges. q̄ vis in se meliores exiterint q̄m mutatis legum frequēs causat instabilitatē neq; ꝑmittit eas in cōsuetudinis fixa radice roborari. Docanimaduertāt qui ad oēm motum capitis ad omne q̄d bonū agi fantasiatū fuerit/cōdere satagunt nouas leges/penas penis adiicere q̄si sup omni re q̄ bona est si fieret. bonū sit ⁊ expediēs legē penalē addere. Non em̄ respublica regit̄ ꝑ sil̄e. ¶Fundat̄ in eadem radice. rōnabilitas abolitōnis vel abrogatōis. quarundā legū positiuarū ꝙ opositos moꝝ subditoꝝ qui versi sunt in naturā. ¶Fundat̄ ⁊ rōnabilitas ꝑmissionis quorundā malorū. nō vt approbent̄. se ne punita ruant in deterius. ¶Fundat̄ et ius ꝑscriptōnis ꝑnētis ne fiant in certa dñia/neglectores rerum ꝓpriarum ac iuste transferentes etiā apud deū ⁊ cōscias tale dñium in bone fidei possessorē ⁊ ꝑscriptorem legitimū.

Consideratio II F

Potestas ecclesiastica in sua plenitudine est in ecclesia sicut in fine. et sicut in regulante applicationē et vsum hmōi plenitudis ecclesiastice ptātis ꝑ seipsam vel ꝑ generale concilīū ipsam sufficiēter ⁊ legitime representās. ¶Constat vtiq; datam fuisse ꝑ petro plenitudinem ecclesiastice ptātis a xp̄o ad edificationē ecclesie sue sicut cōformiter ad ap̄lm. ponit descriptio. ¶Propterea loquit̄ Aug. cū alijs quibusdā. ꝙ claues ecclesie date sunt nō vni sed vnitati. ⁊ ꝙ date sunt ecclesie. Et hoc cōueniēter pōt intelligi modis q̄s explicat cōsideratio. q̄m claues date sunt ꝓpter ecclesiā ⁊ vnitatē eius tāq̄ ꝓpter finē. ¶Pōt etiā dici in ecclesia vel in cōcilio. hec plenitudo ecclīastice ptātis. neduz in se finaliter. sed alijs duobus modis videlicet q̄ ad applicationē a d hāc vel illam psonam. Et quo ad vsum regulandū/si fortassis in abusuz verti quereret. Constat his tribus modis plenitudinem ecclīastice ptātis eē in eccl̄ia. et in generali cōcilio tanq̄ in gerēte vices eius. Et quidē de duplici mō/primo ⁊ sc̄o nō est difficul

tas. Silr nec de tercio si consideremus descriptionē plenitudinis ecclīastice ptātis. vbi ponit q̄ data est ad edificationē ecclie. Cum igit̄ simus pōtifex hīs eam subiectus sit peccabilis/ t possit hāc ptātē in destructionē velle puertere. Silr sacrū collegiū qđ ei datū est. t coassistit q̄si cōitas aristocratica. nō est in gr̄a vel fide cōfirmatū. supest vt aliqua sit relicta in obliquabilis t indeuiabilis regula ab optimo legislatore xp̄o p̄m quā possit abusus hmōi ptātis reprimi dirigi atq; moderari. Hec aūt regula est vel eccl̄ia. vel generale cōciliū. Añ cū mediū virtutis aliter nō habeat nisi p ut sapiens iudicabit. finalis resolutio. ad hanc sapiam fiet ad eccl̄iā vbi est sapia indeuiabilis vel ad generale cōciliū. Hic fundant̄ ea multa q̄ p hoc sacrū pcilium t cōstituta t practicata sunt. Ut q̄ papa iudicari pōt t deponi p pciliū. Q; eidē in regulatōe sue ptātis q̄ ad vsum subijcit t sibi pōt dici. Cur ita facis? t ita de plurib⁹ q̄ recollecta sunt in illo sermone. Prosperus iter faciet nobis deus. Q possum⁹ ad hāc cōsiderationē addere q̄ plenitudo ecclesiastice ptātis. si psideret in sua latitudine. ipsa nō est in solo papa. nisi quodā mō fontaliter. ptātiue t originaliter suo mō. Hec em̄ latitudo ptātis pplectit in se alias ptātes ecclesiasticas collectiue. a summo vsq; ad deorsum. Et est in eis plenitudo ecclīastice ptāt[papalis tāq̄ ps integralis i suo toto. t ita nō est maior vel superior ad totaz ecclesiā. sicut nec ps maior toto. Si vo cōsideret hec plenitudo in sua supremitate. tunc absq; vlla dubitatōe plenitudo ecclesiastice ptātis papalis. superior t maior ē ad reliquas/ sed iam illud qđ relinqū est. nullo pacto pōt pstituere generale cōciliū iuxta illud qđ dictū est pus q̄ generale pciliū in sua rōne formali includit de necessitate. papalem auctem siue papa sit siue non sit. qr si papa ē t vult facere debitū suū de puocando pciliū certe dr auctorizari p ipm. Si vo ptinaciter renuit in destructionē eccl̄ie. iaz tunc agendū est ac si nō esset t remanet in eccl̄ia ptās seipsam cōgregādi. t sibi puidēdi ac ordinādi de ptāte papali. secdo tercio modis q̄ ad applicationē t ad vsum. sicut de capitulo t decano. vel de vniuersitate t rectore. suo mō dicerē. Q; occurrit difficultas pncipalis qđ mortuo papa vel eiecto. possit ipm pciliū? Potest ita q̄ primo pstituere sibi papā vnū mō solito p electionē dnor cardinaliū vl̄ alio mō p cōpromissum vel p viā spūssancti. si probabiliter ita sperarent posse fieri q̄ oēs pcorū darēt in vnū. Vel forte p expectationē diuini miraculi sicut fuit in electōne Mathie. Et de hac pma ptāte pcilij non est difficultas qn sibi possit facere caput vnū. Alias multa sunt q̄ papa mortuo vel eiecto pōt exercere pciliū p seipm vel p organū aliq̄s vice oim/ quēadmodū sepe practicatū ē in hoc cōcilio de diuersis sentētijs t decretis respicientibus exercitiū iurisdictōnis coactiue sicut in vocatōe t depositōe pape. sicut in excōicatōe t interdicto. relaxatōne t absolutōne factū est in cā tridentina t Argentina. in quib⁹ oibus introduct sancta synodus loquēs decernēs diffiniēs. Sic inuenit in primis pcilijs. tpe apl̄or t aliorū q̄ cōciliū loquebat t nō papa etiā dūtaxat. Añ dixerunt apli t seniores. Scr. scribētes acta illius pcilij. Visum est spūi sancto t nobis. Et sic notat Act. xj. de cōuocatōe eccie p. xij. apl̄os. t in pcilijs gīalibus tales inueniunt modi loquēdi. Placuit sancto concilio. Vel pciliū diffinit. vel statuit sanctū concilium vel sacri auctē pcilij vel Synodalis ordinatio vigeat. Et ita in singulis. Beniq; tercio sunt alia q̄ nō pñt exerceri nisi p suppositū determinatum in rta iam allegatū q̄ actōes sunt suppositorum. Circa q̄ distinguendū est. qr vel illa sunt talia. q̄lia nullus pōt exercere nisi sit papa. nec p cōmissionē nec aliter. Vel sunt talia q̄ cōmitti pñt p aliquē vel aliq̄s q̄s hec exerceri non posset sed alius capax est. Exēplū de curato nō sacerdote q̄ pōt permittere simplici sacerdoti nō habēti plebē aliquā q̄ in cura sua celebret missam t confessiones audiat cōfessiones et absoluat. q̄ ministret eucharistiā. t ita de reliquis spectantibus ad sacerdotiū. Potent igit̄ sūmi pciliū cōmittere sacerdotibus vt agāt talia q̄ nec pciliū p se nec illi sacerdotes sine cōmissione vel licētia pcilij possent ereq; saltē licite. Quo circa restat cognoscēdū de illa pditionali si sit aliq̄ ptās i papa q̄ possit

ſm aliquid in q̄ nulla altera ptās eccl'iastica pōt attingere neq̄ de facto neq̄ de iure. Et videt̄ prima acie q̄nō iurta cōiorem doctor̄ ſniam. q̄ dicūt ptātem ordinis esse eqlē in oibus sacerdotibus ꝓ̄p hendendo videt̄ q̄ sit aliqs ordinis ī quē possit papa ēpalis. Ceterū ō ptāte iurisdictōis quōcū fiat sermo videt̄ q̄ ꝓ aliū possit ūlā ꝓ cepo tales ppl̄os q̄les voluerit. ꝓ sacr̄or̄ li ta r̄ rata ministratiōe. Et ita practicauit hoc ꝓ aliū circa Samaytas legatos eis dā do. qui licite possent oia q̄ sunt ordinis et spūalis iurisdictōis. ¶ Proinde quid de largitōe indulgētiarū tenendū sit le ctor̄ interim ꝓsiderādū relinquo. si solius pape cōcessiōe. mediate vel immediate tra dī possint. Putāt aliqui q̄ ptās hec respi cit dares in foro pnie. Propterea cōuenit in eodē foro cuilibet sacerdoti marie ēpo. mitata/aut cōuenit illi qui habet curā cōi tatis ecclesie. ſm. Thomā Conalīū vo ta lem curā habet. Porro iurta hunc dicendi modū pōt occurrere scandalū trahens ad hoc inconueniēs q̄ ecclesia posset bñ regi vſ q̄ in fine secli sine papa/vt si generale cō aliū daret litēra oibus ēpis sacerdotibus cuilibet supra plebē suā absq̄ vlla iurisdi ctionis limitatōe vel restrictōne. q̄ sic ēpus posset ꝓstituere sacerdotes. imo r̄ ēpos lici te r̄ rate r̄ vti danibus. r̄ ita de reliqs oib⁹ hierarchicis actibus. ¶ Rñdemus q̄ et si ad tps aliq̄ō generale cōciliū possit aliq̄d tale facere. qñ hīc papā est p̄ceptū affirma tiuū. ob ligans ad semp sed nō ꝓ semp si cut apparuit dū vacauit sedes p duos aut tres annos. sicut r̄ nunc vacat. Nihilomi nus generale ꝓciliū neq̄ deberet. neq̄ pos set tale defectū capitis vſq̄ in finē secli to lerare. stante lege/pōt tñ supplere dū neces sitas vrget. vel suadet enidēs vtilitas. r̄ h̄ vel p vnū ēpm q̄si vicariū. vel p plures sīl aut successiue. Et hoc mō dī esse plenitu do ptātis ecclesiastice ī ecclesia suppletiue ¶ Cognoscimus ex his q̄ false sūt r̄ iniu riose cōtra generali. tales assertiōes q̄ ne gant ab eo vel ab ecclia. executionē ptātis supme iurisdictōis. Negant insup decer nendi vel diffiniēdi ptāte/dū papa est repo nentes in eo solo hanc auctem diffiniēdi. cū ex multis ꝓ aliis r̄ certa rōne cōstet op positū. Vñ r̄ apli miserunt in samariā pe trū r̄ Johannē tāq̄ subditos eccl'ie. Et ia cobus ꝓtulit diffinitionē sacri ꝓ aliī super cessatione legaliū. De quo Act. xv. notatū est. qñ tñ petrus p̄sidebat. r̄ residebat in ec clesia legitime cū eēt in gra ꝓfirmatus die pentecostes. ¶ Possumus tādē canones apparēter discordes sup laude plenitudis ptātis papalis rōnabiliter ad cōcordiā re uocare si distinctionē trimēbrē acceptōnis eccl'iastice ptātis acute viderimus. Hanc em ptātē formaliter r̄ in se cōsiderata ꝓmo mō nemo iudicare potest neq̄ Aug⁹. neq̄ ppl's neq̄ totus clerus imo nec vniuersa lis eccl'ia. Secus in alio duplici mō. Vñ si cut ex ꝓsideratōe ptātis hui⁹ stupēde r̄ mi raculose imperatores etiā r̄ reges ꝓcūbūt ad oscula pedū pape. Et inde cōsurgit aliqñ ex hūana fragilitate arrogās supbia in per sona pape referētis ad se qō impēdit ptāti. Non aliter existimandū est de ꝓnoibus sctis pūbus extollētibus papā miris mo dis. Et inde suborta est in q̄busdaz sūmis pōtificibus. arrogātia maior debito. qō est vsurpare id qō iure nō poterat. Hinc cui dā gloriāti q̄ pedib⁹ suis cōculcaret īpato ris caput. retudit hāc arrogantiā/aciter sa tis Impator hoc mordaci verbo. Non ti bi inquid sed Petro. ¶ Hinc fit p̄terea q̄ absq̄ mēdacio vel adulatōe papa nequi ssimus/p̄t appellari sanctissim⁹ pōt adora ri cultu dulie vſq̄ ad oscula pedū. et ita de reliqs honoribus. ¶ Sic eccl'ia q̄ maculā nō h̄z neq̄ rugā q̄ instar marie v̄go ē r̄ mr̄. introducē q̄nq̄ tanq̄ peccatrix r̄ sordida. nō quidā p se. r̄ in se. sed p pctis filiorū si cut alia fert r̄ regit corpus egrotum.

Consideratio 12

Potestas eccl'iastica papalis nō ita habet dñia et iura terreni sīl et celestis imperij q̄ possit ad li bitū suū de bonis clericor̄. r̄ mīl to minus laicorum dispōnere. q̄ vis ꝓcedi debeat. q̄ habet in eis dñium quoddā re gitiuū. directiuū. regulatiuū. r̄ ordinatiuū

¶ Declarationē huius cōsideratiōis quā discretio moderatrix atq; mediatrix ponit inter errores oppositos/dum facere meditarer occurrere visa est ꝓtinus in ipso meditatiōnis mee secreto. duplex improbatis. Nomen vnius detractio liuida. Nomen alteri⁹ adulatio subdola. Prima ptātem ecclesiasticā depumēs subij ciebat tpali. Altera suffollebat in immensum velut ad sititudinē altissimi cōfundens iura cuiuslibet alterius ptātis. Tolle tolle clamat detractio tpalitatē oēm/ius vel oīum ab ecclesiastic̄. Quare? Quia sic instituit xp̄s cuius ista vox est. Nisi quis renūciauerit oibus q̄ possidet nō pōt meus esse discipulus. Sic improperabat Julianus apostata xp̄ianis. rapies eorū facultates. Addit detractio q ecc̄iastica nequaq̄ capaces sūt iurisdictōis tpalis. etiā si ꝓnceps alij ꝓferre voluerint. Inducit aplm. q; nemo militans deo implicat se negocijs secularibus. Addit detractio. Nihil hīe ecclesiasticos. sc̄z neq; decimas. neq; oblatōes quā tominus alias dotatōes vel possessiones nisi ex pura elemosyna donantiū? Et q ab ecc̄iasticis peccātibus saltē habitualiter posset p secularē ptātem optimo iure tolli. q; data est ptās hec secularis in vindictā malefactorū. neq; sine cā gladiū portat. Addit q̄to inmites apl̄i verbis. Habētes alimenta et quibus tegamur his cōtenti sumus/q; quicquid hñt ecclesiastici vltra simplicē victum ⁊ vestitū. totū illud est pauperū. cui⁹ retentio nedū furtū vel rapina simplex est sed sacrilegiū ꝓut detorquet ad hāc sniam tam Hieronymi ẏba q̄ Bernardi. Vltandē detractio ecclesiasticos oēs ad illam apl̄orum ⁊ discipulorū primā pauptatem sine equis. sine thesauris. sine calciamētis sine possessionibus. de necessitate salutȝ redigere execrās in ecc̄iasticis pompā oēm vel seruientiū. vel aborū vel equorū vel inumētoȝ. ¶ Consurgit ex aduerso blādiens ⁊ subdola adulatio. ⁊ ad aures ecclesiasticorū p̄cipue summi pōtificis insusurrans. O quāta est. quāta sublimitas ecclesiastice ptātis tue. O sacer clere. q̄ nihil est secularis auctas tue cōpata. Nā sicut xp̄o collata est ois ptās in celo ⁊ in terra. sic eaȝ xp̄s oēm petro suisq; successoribus dereliquit. Nā ⁊ nec Cōstantinus quicq̄ dil nestro pape cōtulit. qō nō eēt ꝑnus suū. sꝫ reddidit iniuste detentū. Porro sicut non est ptās nisi a deo. sic nec aliqua tempalis vel ecclesiastica impialis vel regalis nisi a papa in cuius semore scripsit xp̄us. Reddite q̄ sūt. dñs dñantiū. De cuius ptāte dispuare. instar sacrilegij est. cui neq; quisq̄ dicere pōt. Cur ita facis. Si etiā tpalia oia si ecclesiastica bona. atq; dominia mutauerit. diripuerit distraxerit. Mentior si nō inuenies hec scripta ab illis etiam qui sapiētes sūt in oculis suis. Si ꝑterea nō inuenīt fuisse p aliq̄s summos pōtifices hec dicta. Notū est illud Latinici. Nihil est qō credere de se nō possit cū laudat dijs equa ptās. Et illud comici ō adulatore. Hic p secto ex stultis insanos facit. ¶ Dēnes aūt adulatio. qñq; nimis se cognosci. studet q̄ si modestiori sermone depsius vti vt ꝑdibilior appareat. Concedit secularī ptāti possessiones ⁊ iurisdictōes ꝓprias quas tollere nequit ꝓ libito papa. Recognoscat Constantinū vel alios principes aliquid ecclesie nouiter contuliſſe. Nihilominus tradit q̄ summus pōtifex supmus est monarcha nedum in spūalibus. sed tpalibus dñs ptātē hanc ꝓimediate a xp̄o. sed alij reges oēs ⁊ principes suā recipiūt dñationem ab eo. et solū mediate a deo. Aliocin vt mōstruosus esset hic mūdus. Habaret tot capita q̄ nō sub vnico regerēt. Rediret q; manichei deliramētū ponētis duo ꝓncipia. Vnū bonorū ⁊ spūaliū. Aliud malorum ⁊ tpaliū. vñ ⁊ sicut corpus est ꝓpter aiam. ⁊ ab aia vivit ⁊ regit. sic ptās secularis ꝓpter spūalem a qua recipit suū esse legitimū. Quā auctem spūalem qui negāt vel impugnāt sint intus sint foris ecclesiaȝ ꝑcutiat gladio vt spūali excōicatōis sic catholicā vel debellatōis sic infideles feriri. Et eoȝ dñia vel bona in alios transferri. ¶ Hanc existimationē habuisse visus est Bonifacius octauus in quadā decretali. Et in hac fundari putat ab aliquibus dñorū pute norum aduersus infideles debellatio. suorumq; bonorū ⁊ dñiorū acquisitio. Putat ab alijs depositio vnius regis francie ꝑ papā Zachariā: hic cē fūdata tā q̄ papa sit q̄ transferre possit reges ⁊ regna. ¶ Rur-

sus aīaduertēs adulatio .ouruū esse multis hunc sermonē. ⁊ ideo minus credibilē studet loqui restrictius/cōcedens q̄ sicut antequā ad modum irrefragabilis auctas sacre scripture ⁊ euāgelice narratōnis testis est. Bie non oportet nunc post petrū. vt oīs ptās unpialis regalis vl altera secularis sit immediate robur habēs a summo pōtifice sicut rex francorū xpianissimus supiorē hoc mō nō habet nec recognoscit in temis. Idcirco transfert verbū suum adulatio lo qui de dignitatibus officijs ⁊ bonis ecclesiasticorū q̄ oīa sic subijcit summo pōtifici vt quicqd circa eas placuerit disponere mutando transferēdo. appropiādo hoc possit bocteneat ⁊ ratum sit. licet hoc sine cā. licet cum pcō suo pegerit. q̄uis pcuñ circa hō symoniā posse neget cōmittere. qñ sua sūt sup ius est potens ab altero ius suū tollere ⁊ q̄ nec ab eo appellari/neq; eum iudiciāliter euocari. nec obedientiā ab eo subtrahi. pīertim extra casum heresis sit aliquatenus possibile. Hic solus symbolū fidei cōdere. hic solus causas eiusdē fidei. ⁊ maiores ceteras tractare pōt/solus vt iam tactū est. diffinitōnes. regulas. leges. ⁊ canones cōdit. Alioquin quicquid q̄ alios diffinīē decernīē. condīē. statuīē. irritū est ⁊ inane. Nec aliqd nid ex eis q̄ statuerit. pōt nisi per ipm quōlibet cassari vel infringi. Fallor si nō ante celebrationē huius sacrosancte cōstañ. synodi sic occupauerat mentes pluriū. ītalium magiscq; ītatorum ista tradītio. vt oppositorū dogmatizator. fuisset de hereticā prauitate vel notatus vel dāna tionē ex theologie principijs luce clariorem. ⁊ q̄s urgentius est post determinationem ⁊ practicationē eiusdē sancte synodi/ inueniunē qui talia palā asserere nō pauent. tam radicatū ⁊ vt cancer serpēs tā metuūlitis imbibitū fuit hō prisce adulatio nis uirletiferū. ¶ Tādē miserāte deo moderatrix discretio. collustrata lumine leger euāgelice. mediā ac regiā uiā tenēs inter deuios errores extremos. detractiōis ⁊ adulatōis ponit dictā hanc cōsiderationē

duodecimā cum priorib⁹. tanq̄ signū alti q̄d ostēsiuū itineris recti. ne forte offendāt ad lapidē errorīs pedē sue inquisitōis scrutatores veritatis. ¶ Uñ dicamus ecclīasticos ⁊ capaces esse bonorū tpalium. ⁊ multa eis ex debito: non ex elemosyna pura cōpetere. ⁊ nō debere eos coerceri. vel spoliari p̄ secularem ptātem. nisi vocata sit in sui iuris subsidiū. q̄d dī ppter hereticos ⁊ rebelles. Possunt ipsi denicq; cū diuitijs aliter q̄ apli viuere cōuersari vel incedere p̄ temporū locorū ⁊ aliarū circūstantiarū varia qualitate/ put sapiens iudicabit. Nec ita sunt Hieronymi vel Bernardi verba generaliter ad oēs ecclesiasticos tanq̄ proprium habeant nihil. dicto: quenda. Monachis aūt quibus loquebanē alia lex est. ¶ Elitam⁹ ex aduerso stultas ⁊ falsas adulationis insanias. attribuētes summo pōtifici plenitudinis ptātem. qualem descripsimus q̄ tanta est quantā sapientissimus legislator xp̄s p̄uidit sufficere ad edificationem continuam ecclesie dilectissime sponse sue. quā p̄pria morte firmauit ⁊ dotauit. Cui ptātu detrahere esset impietatis sacrilega indignissimaq;. Sed glorificent deū qui ptātem talem dedit hoibus. misericordissima pietate sua. que ptās quanto sublīmior est pulcrior ⁊ dignior. tanto ne vertatur in abusum vilem. turpē. ⁊ indignū prouidere debet summus pōtifex ⁊ eam vt sapiens iudicabit regulare. Quid aūt sapientius in temis generali cōcilio q̄d ⁊ spūsancto regīē. ⁊ cuius agitrenis sūma libertas est. Predare dixit Aristote. Non esse seruitutē obedire legibus. ¶ Addamus summum pontificē cum collegio suo ita p̄sidere bonis ecclesiasticis. vt de eis statū habere sufficiētem ⁊ decētem oporteat. Sed nō ita vt caput grauidū mēbra reliqua obruat mole sua. neq; velit vsurpare contra naturā singularis membri oīa officia mēbrorum /quibus singulis vt ait apls p̄pium datum est officium. Nam si oīa oculus vel caput vbi pes? vbi manus? Concernit hō collationem bñficiorum multiplicitatē emptionum odiosissimā. plenam erroris et cōfusionis in ecclesiastica hierarchia. et ita de reliquis. Reseruationem p̄terea totī casuum .tot excōicationū in foro cōsactis

uocationē tam facilem oīm causarum ab ordinarijs sint cause ille ꝓphane sint sacre fidei. quales fidei causas oēs ab ordinariis singulis presertim in doctrinis notorie scandalisantibus dyoceses suas / et vbi vigent studia ītrum velle ꝓhibere quid aliud est. q̄ ianuā grandē erroribus aperire?

¶ Postremo suis se terminis ita ptās ecclesiastica coerceat. vt meminent ptātes seculares etiā apud infideles. sua hīe ꝓpria iura suas dignitates suas leges sua iudicia. de q̄bus occupare se ecclesiastica ptās non p̄sumat vel vsurpet. nisi dū redundat abusus ptātis secularis in impugnationē fidei et blasphemiā creatoris et in manifestā ecclesiastice ptātis iniuriā. tunc em̄ attēdere cōuenit vltimā huius cōsideratōis duo decime pticulā. q̄ in his ecclesiastica ptās habet dīnium q̄dā regitiuū. directiuū. regulatiuū. z ordiatiuū. ¶ Cōcludūt h° et nihil fere aliud rōes z allegatōes oēs inducī solite q̄ plenitudo ptātis papalis supior est ad oēm aliā ecclīasticā z tpalem Quāuis sub h° respectu ptās vniuersalis ecclīe vel generalis ꝯcilij legitime cōgregati. dici possit maior in amplitudine vel extēsione. maior in infallibili directōne maior in motū reformatiōe in capite z in mēbris maior in coercīua ptāte. maior in causarū fidei difficiliū vltimata decisiōe. maior denīq̄ qr copiosior. cōplectit em̄ saltē virtualiter oēm ptātem z omne politicū regimē. papale. imperiale. regale. aristocraticum z tyrannicū. put alias deductū est ex descriptiōe ꝯcilij generalis q̄ talis est. ¶ Concilīū generale est cōgregatio legitima aucte facta ad aliquē locū ex omni statu hierarchico. totius ecclīe catholice. nulla fideli psona q̄ audīri requirat exclusa / ad salubriter tractandū z ordinandū ea q̄ debitū regimen eiusdē ecclesie in fide z moribus respiciūt. ¶ Dicamus hic aliq̄ circa diffinitiōz hanc ꝯcilij generalis. Et primo q̄ ꝯgregatio legitima aucte facta dī regulanter a papa. sicut sonant decreta z decretales innumere. Exceptīunt tñ tres casus. vbi ꝯgregatio cōcilij generalis sit legitime sine papa. Unus dū desijt eē p mortē nālem vel ciuilem seu canonicā. q̄ est depositio. Vel si cadat in ppetuā mamiam. Et si ad eū captiuatum nō pateat accessus. Aliusve dum sufficienter requisitus de cōuocando cōcilīo. renuit cōtumaciter in pniciem ecclesie presertim si tangat ipm. Tercio si ꝯcilīū positum q̄ est a papa legitime ꝯgregatū statuat certum tp̄us z locum. p celebrando generali concilio sicut infra triennium vel de decennio in decennium. etiam vbi papa renuet. Hec refert in p̄mo z scdo casu q̄ quos euocet concilium. dummodo cōgregentur quēadmodum fuit Pisis. Nihilominus expedit decernere p futuro modum cōuocationis sicut in reformatione salubriter ē auisatum. Utinam z synodaliter iam esset diffinitum. ¶ Dicamus scdo iuxta probabilem valde sententiam q̄ de statu hierarchico ecclesie non sunt ꝓprie nisi duo status. Prelatorum maiorū videlicet qui succedunt apostolis. z sunt episcopi archiepiscopi. Et ita sursum. Et minorum qui successores sunt. lxxij. discipulorum. Et dicitur plati secundi ordinis dignitatis vel honoris. quales sunt curati quibus ex statu z ordinario iure. conueniunt tres actus hierarchici. p marie. ēntialr. z īmediate a xpō q̄ sūt purgare p correctōz. Illūinare p doctrinā z pdicatōz. Perficē p sacrōz mīstrationē. fundat hec in Matth. xviij. vbi post q̄ christus dixerat dic ecclesie. subiūxit de quibus loquebat dum ait. Quodcunq̄ soluentis super terram ꝛc. Constat autem q̄ nedum apostolis sed et discipulis loquebatur iuxta glosas doctorum in hoc loco. Et Matth. x. et Luce. x. vbi fit sermo de missione. lxxij. discipulorum. z Matth. xvj. vbi christus petro dixit p omnibus Quodcunq̄ ligaueris. Et iterum. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. z porte inferi nō p̄ua. aduersus eam. ¶ Concordant Augu. Hiero. Ysid. Beda Magister vbi p̄ius et expresse multū damasus papa. Non amplius inquit q̄ duos ordines inter discipulos dñi ee cognoscimus. id est. xij. apl̄orum. et. lxxij. discipulorum. Unde iste p̄cesserit ignoramus z q̄ rone caret extirpare necesse est loquit contra eos. ¶ Dicam° tercio naturā generalis ꝯcilij talē ee / vt nullus fidelis q̄ audire volunt debeat excludi ab audiētia q̄ vel doceat vel docear sicut legit in p̄ncipio

rō alij. ¶ Distinguit tñ solet de habētibus voce in ꝺ alio. Quidā hñt cōsuetuam. alij diffinitiuā. Primi sunt qbus ineſt notitia taliū q̄ tractāt etiā vsq̄ ad mechanicas artes. Et si q̄rat de mō repatōis ecclesiarum mālū, esse poterit in lathomis vox cōsulti philosophicas ꝛ moralibus disciplinis. vt sunt p̄cepta decalogi. pñt seculares eruditi in pbia legibus ꝛ moribus dare ꝓ filiū. ꝛ alii qñ salubrius q̄ nonnulli platonū vel curatorū vel etiā theologorū vsq̄ adeo q̄ in generalibus concilijs cōtra Arriū tpe Athanasij fuerit interrogatus gentilis phus de materia, nedū pure morali sed q̄ tangebat beate trinitatis eandē essentiā. ¶ Ceterū de voce diffinitiua quales eam habeāt nō est dubiū de epis ꝛ supioribus plātis. sicut iuxta p̄dicta practicatū sepius inuenit in p̄latis ecclesiarum conalijs. Sed neq̄ videt ambigui ꝛ hierarche. neq̄ de illis qui ad huncou plicē platonū ordinē reducunt quibus nō ex priuilegio solo sed ex statu ꝛ ordinario iure cōpetit animarum cura / quēadmodū sunt multi abbates decani p̄positi cum similibus. ¶ Facit ad hoc determinatio sacre facultatis theologie parisien. nup edita contra temeritatē extollentiū priuilegiatos sup curatos in p̄dicatōibus ꝛ cōfessionibus. vbi sic ꝺī in duob⁹ primis articulis. ¶ Bñi curati sunt in ecclesia minores plati ꝛ hierarche ex primaria institōne xp̄i. quibus cōpetit ex statu ius p̄dicādi / ius cōfessiones audiendi / ius sacra ecclesiastica ꝑm erigentiā sepulturas dādi / ius in sup decimas ꝛ alia iura parochialia recipiēdi. ¶ Secōs articulus q̄ ius p̄dicandi ꝛ cōfessandi cōpetit p̄latis ꝛ curatis principaliter ꝛ essentialiter ꝛ q̄ñ sunt introducti vel admissi ex cōcessione ꝛ bñplacito dñorum platonū. ¶ Bica mus postremo q̄ licz ea q̄ statim dicta sūt cōsonare videant inri diuino ꝛ obseruatō mi prioꝝ cōaliorum atq̄ rōni. Nihilominus cōalium pōt certis de causis et ad tps cōstituere voces diffinitiuas in pluribus. vel paucioribus. ꝛ in alijs q̄ dicti sint satis sltr ad illa q̄ facta sunt ꝛ fieri pñt vario modo circa institutionē platonū ecclesiasticorū maiorū ꝛ minorū que q̄ñq̄ fiebāt a toto pplo ꝛ clero, q̄ñq̄ a toto clero solū, q̄ñq̄ a solis canonicis ecclesie cathedralis ꝛ nouissime crebrius p solū papā sicut plurimorū est iudiciū.

Consideratio 13

Potestas ecclesiastica sicut et alia qualibet originat a prima iusticia ꝑm quā iura oīa leges iurisdictōnes atq̄ oīa pulcra ordinis varietate fundant. ¶ Describitur itaq̄ iusticia q̄ est ppetua ꝛ cōstans voluntas, ius suū vnicuiq̄ tribuēs. Hec autem descriptio cōpetit principaliter iusticie diuine. in ordine ad suas creaturas. Deus nempe solus est qui volūtate ppetua ꝛ cōstanti, dat vnicuiq̄ rei q̄ suū est. suū inq̄ nō ex debito rigoris sed ex liberalissima et dignissima donatōe creatoris. Sic in qualibet re tantundē est de iure, quātū de entitate. Habet em̄ res quelibet ius seu titulū id habendi q̄ habet ex dictamine rectissimo prime iusticie. ¶ Jus vo sic describit. Jus est ptās seu facultas ꝓpinqua conueniens alicui ꝑm dictamen prime iusticie. ¶ Porro dictamen hoc lex ꝺī / q̄ lex est regula cōformitatē habens ad dictamen recte rōnis. Dictamen vo recte rōnis prime. et iusticia cōueniūt in deo synonime. Pro inde dictū est in descriptōe iuris q̄ est facultas ꝓpinqua ꝛc. ꝓpter illa q̄ in potētia obediētiali ꝓuenire pñt cuilibet creature / q̄ posse dicere possumus vel obediētiale vel logicale ꝑm quale nō ꝺī ꝓprie res habere ius vel legem sicut nō dicimus q̄ dānati ius habeant ad beatitudinē eternā. Nec q̄ stella ius suū seu facultatē habeat in tanta luce quāta refulget in sole licet in potentia obediētiali creature vel absoluta dei possint hec oīa fieri. ¶ Consequenter ab hac amplissima iuris ꝛ legis acceptōe. sicut vtitur scriptura dum ait. De sunt leges celi ꝛ terre ꝛc. ꝛ alibi pluries ꝛ apud Boetium. Legemq̄ pati / ydera cogis / fit descēsus restrictior. ad ea q̄ creaturā rōnalem respiciunt vt rōnalis est. ¶ Hinc fit subinde distinctio de iusticia, q̄ quedā est essentialis ꝛ prima ria. q̄lis p̄descripta est. Altera est ptiçpata

seu denyata ⁊ attributiue dicta que sic describit. Justicia est habitus vel tanq̃ habitus cõformis diuine iustitie. eiusq; imitatiuus p ptic̃patiõnẽ q̃ habitu incleanẽ habãs eam. facere ins vel reddere. Ita q; ius est velut actus vel vsus vel effectus vel titulus talis iustitie. ¶ Rursus de iustitia sic accepta ptic̃patiue dicamus q; quedã ẽ iustitia originalis. quedã regni celestis. vt ibi. Primũ quente regnũ dei ⁊ iustitiã ei⁹. Et hec duplex est. quedã glorie. quedã gr̃e ¶ Altera iterũ est iustitia legalis. alia ciuilis. Justitie vo ciuilis alia distributiua alia cõmutatiua. Et ita de reliquis acceptionibus iustitie spãlibus. Justitia legalis est oĩs virtus sicut charitas est tota lex xp̃i ¶ Porro iustitie distributiue contrariant̃ ꝓiotões indigne ⁊ intrusiones in officijs reipublice ⁊ bñficijs ecclesie. Commutatiue aũt cõtrariant̃ cõtractus illiciti. vsura ⁊ fraus in tpalibus. Symonia et giezia in spũalibus. de quibus nõ est hic dicẽdũ p singula. ¶ Dicamus ꝓterea tot esse legũ varietates. Quot modis iura variant̃ ꝑm dictamen ptic̃pate iustitie. Propterea sũt quedã leges ꝓpr̃ie diuine. quedã ꝓpr̃ie naturales. quedã positiue vel humane. Quarum alique sunt canonice vel ecclesiastice. alie sunt ciuiles seu politice. Et q̃uis pace repiant̃ leges quin mixte sũt ex ptic̃patione diuersarũ. nihilominus denoiat̃ lex a pdominãti seu a principatioũ qõ in ea reperit̃. Quibus ꝓsuppositis dicamus vlteriꝰ descriptões hmõi legum. ¶ Et q̃m lex dr̃ a ligãdo. i. obligãdo vel a legendo. i. dictãdo quid agendũ sit. Conformiter ad hãc obligationẽ seu dictamen recte rõnis describemus principal̃r leges obligatorias. q; de cõsultorijs ꝓmissiuis. etsi q̃ sint alie facilis habebit̃ ex his cognitio. ¶ Lex diuina obligatoria est signũ verũ reuelatum creature rõnale notificatiuũ recte rõnis diuine volẽtis teneri seu ligari illã creaturaz ad aliquid agendũ. vel nõ agendũ p cõsecutiõnẽ felicitatis eterne. Dicit̃ hic ⁊ infra. Signũ notificatiuum/qm̃ ꝓpr̃ie nulla lex obligat liberũ arbitriũ si notificata nõ fuerit. Hoc aũt signũ triplex est. quoddã mẽtale quoddã vocale quoddã scriptũ/sicut est lex scripta ꝓlata indicta /l̃ralis /vocalis/ mentalis. De mẽtali scribit̃ in psalmo. Signatum est sup nos lumen vultus tui dñe. Et ad Rom̃. ij. pulcre p totum. Et iterum in p̃s. Legem tuam in medio cordis mei. ¶ Lex naturalis obligatoria describit̃ q; ẽ signũ naturaliter habitũ. notificatiuum recte rõnis diuine. volentis creaturã rõnalẽ humanã teneri seu ligari ad aliquid agendum vel nõ agendũ p cõsecutiõnẽ finis sui naturalis/qui ẽ felicitas humana siue monastica siue iconomica siue politica. Dicit aũt signũ pure naturaliter habitus. illud qõ iudiciũ est cuilibet homini. non impedito in vsu debito rõnis. Impedit aũt p corp̃s p errores. p vicia mlta ¶ Notificat̃ ergo hac duplici descriptõe. differentia ⁊ cõuenientia diuine legis ad naturalem principaliter eo modo acquisitõis. ⁊ ex pte finis. Lex ei diuina de rõne sua habet primo vt acquirat̃ p reuelationẽ. Deinde q; ordinet de ꝓio ⁊ p se ad felicitatẽ eternã. Lex vo naturalis ⁊ si possit sic acquiri ⁊ ordinari sicut ꝓ in dictione p̃ceptorũ decalogi. in vtraq; lege vetteri ⁊ nona. hoc tñ nõ habet de rõne sua naturalis est. sed transit in diuinaz. ¶ Lex canonica describit̃ q; est signũ habitum q; humanã traditionẽ notificatiuũ recte rationis diuine. volẽtis creaturã rõnalem humanã teneri seu ligari. ad aliquid agendũ vel nõ agendum principal̃r p cõsecutiõne felicitatis eterne. Per hanc vltimã clausulam cõuenit lex canonica cũ diuina. ⁊ differt a naturali. Et p primam abstraq; subsuma rõne q̃ est vt habeat̃ eius cognitio ⁊ robur p humanã traditionẽ magis q̃ p puram reuelationẽ. vel naturalẽ euidentiam. ¶ Lex ciuilis describit̃ q; est signũ habitũ p humanã traditionẽ positiuã volentẽ q; hõ teneat̃ seu ligeat̃ aliquid agere. vel non agere p cõsecutõe finis sui naturalis q̃ est humana felicitas. vel monastica. vel iconomica vel policia. Patet descriptio ex priorib̃us. ¶ Ulterius diligẽter attendendũ est. q; sicut in speculabilibus sunt primo principia naturaliter nota. Sunt scõ conclusiones euidẽter ab illis principijs demõstrate. Sunt ꝑ̃ter tercio conclusiones nũmo ꝓbabiliter deducte ex p̃dictis veritatibus circa quas est solũ opinio. Tandẽ quarto sunt alie ꝓpositões sic elongate a primis

ferentibus q̄ nō apparet q̄ ex illis sequā-
tur vel repugnent, vt si astra sint paria vel
imparia. ¶ Proportionabiliter suo mō dicē
dum est de ventantibus moralibus sub hac
distinctōe quadruplici. ¶ Et iuxta duplicez
primū gradū accipiē ius pure diuinū sive
naturales sunt certitudinaliter reuelate. vel ex
reuelatis manifeste deducte. Sed si cogno
scanē p evidentiā naturalē, accipiē ius pro
pue naturale. ¶ Circa terciū gradū 7 q̄rtū
proportionabiliter sumiē ius canonicū 7 civi-
le, addita legislatoris auctē. q̄ facit vt pro-
prium moralis aliūde solū pbabilis vel im-
puneus legibus pprie diuinis vel natura-
libus/robur habeat, 7 vim obligatiōis/ad
alterū sinē vel supnaturalem, 7 sic est lex ca
nonica/vel naturalē, 7 sic lex civilis vel po
litica noiatur. ¶ Rememorandū est tn̄ id q̄
tam dictū repetiē, paucissimas inuenire le-
ges q̄ nō se mutuo ptigerent, sed rō distin-
guit eas 7 seccrnit. ¶ Transeamus p̄ inter
post sermonē de iustitia, de iure, de lege, lo
qui de iurisdictione, de dñio, 7 de policia.
Iurisdictio describiē vl interp̄tat̄ q̄ est iu-
ris dicio, i. ptās seu facultas exercendi ius
Vel dr iurisdictio q̄si iuris dictio, i. pnun
ciatio seu pmulgatio iuris. ¶ Que iurisdi-
dictio quadruplex est iuxta quadruplicē le
gem, diuinā, s. naturalis, canonica, civilis
Itaq̄ iurisdictio diuina est ptās exequen-
di ius, qō cōpetit alicui p̄m legē pprie diui
nam 7 hoc in alterū vel tanq̄ in alterum.
Non enī pprie dr hīe ius quis iurisdictio
rem in semetipm nisi forte cōsideret tanq̄
alter sit/vt vellent aliqui de pnia dicere.
¶ Proportionabilis est descriptio triplex
triplicis alterius iurisdictōis p̄m triplicem
legē. ¶ Dividiē aūt q̄nq̄ iurisdictio in co-
ercinā q̄. s. ferē in inutū. Et in directiuam
seu regulatiuā 7 ordinatiuē q̄lis fuisset etiā
in statu innocētie, et q̄lis est sapiētis ad
instipiētiores. 7 pfectiores ad impfectio-
rem/vt in angelis etiā posuit Dyonisius.
¶ Subiungamus de dñio. qō ita describi
pōt. Dñium est ptās pprie assumendi
res alias, vl vt alias in sui facultatē vel vsū
licitū p̄m iura vel leges rōnabiliter institu-
tas. ¶ Inuenit aūt hoc mō dñium sextu-
plex. Beatificū, originale, gratificū, evāge-
licū, canonicū, policū. Beatificū est dñi-
um p̄m leges glorie. Originale dñium est
p̄m leges originalis iustitie. Gratificū est
dñium p̄m leges gr̄e gratificātis. Evāgeli
cū est dñium p̄m legē pprie evāgelicaz. Et
ita de reliqs duobus suo mō. Primū fun-
dat̄ in titulo glorie/scōm in titulo origina
lis iustitie. 7 ita de reliqs suo mō. ¶ Pos-
sumus aūt cōtracti9 loqui de triplici dñio
quorū vnū fundat̄ in titulo charitatis gra
tificātis. Alterū in titulo alicuius gr̄e sup-
naturalis solū gratis date nō gratificantis
Terciū in titulo doni alicuius pure nālis
sicut ē electio vel nālis successio ad aliquē
principatū. ¶ Describiē aūt dñium qō ap
pellat̄ a multis evāgelicū p appropriatiōz
qō ē dñium imediate a deo institutū, pa-
tiens secū ex equo q̄tlibet dños 7 inabdica
bile seruata charitate se extēdēs ad oīa. De
hoc dicit apl's q̄ nr̄a sunt oīa, qr diligētib9
deū oīa coopāt̄ in bonū/qm̄ in titulū cha-
ritatis adjūcti oīa abunde ad fruendū
vel vtendū, q̄ in celis sunt 7 in terra in mari
7 in oībus abyssis. ¶ Describereē cōformi
ter dñium originalis iustitie q̄ est donum
dei quo creatura rōnalis ius habet imme-
diate a deo assumere alias res inferiores i
sui vsum 7 cōseruationē pluribus cōpetēs
ex equo. 7 inabdicabile p̄nata originali iu-
stitia, seu integritate naturali. Hoc modo
habuit Adam dñium sup volucres celi 7
pisces maris. ¶ Describereē p̄portionabi-
liter dñium libertatis create q̄ est facultas
p̄pinqua resultās ex liberalissima cōdescē-
sione dei se donātis ad agendū vel nō agē
dum cū aīa rōnali in pductōe suoz actuū
elicitorū vel in eorū suspēsione ad finē p̄se-
qnde beatitudinis ordinata. ¶ Porro q̄d
sit dñium aliud fundatū in gr̄a supnāli so
lum gratis data p̄t apparere cōsiderāti na-
turā gr̄e talis sicut dicit apl's. Q7 spūs pro-
phetarū subiecti sunt eis. 7 fides informis
facit miracula'. ¶ Contractius tn̄ locutē
sumus in prima p̄sideratōe dū ptātē eccle
siasticā descripsimus q̄ dñium ecclesiasti-
cum dici p̄t. ¶ Preterea civile dñium seu
politicū est dñium peccati occasione intro
ductū, nō cōpetēs plurib9 ex eq̄ retinibile 7
abdicabile seruata vel nō seruata charitate
fundatū in legibus civilib9 7 politicis p̄m
quas pōt abdicari. vendendo, donādo, ne

eligendo. ꝓmutando. Unde ⁊ apud ecclesiasticos inuenit tale dñium suo mō. Nec fundat in caritate. nec in fide/ qm̄ apud infideles ⁊ iniustos peccatores. iuste manet tale dñium. ¶ Postremo tādē habito ⁊ sermone de iustitia. de iure. de lege. de iurisdictōe. de dñio loquamur aliquid de politia describentes eam q̄ est cōitas ordinata ad finem aliquē pfectum. Est aūt ordinatio vl' ordo/ parū dispariūq; rerū sua vnicuiq; tribuēs dispositio. Conuenit igitur ꝓpius ordo cum iustitia q̄ dat vnicuiq; qō suū est. Propterea diuine fuit enūciatum ꝓ ꝓphetam q̄ opus iustitie est pax. Cur ita? Plane q̄ nihil aliud est pax q̄ ordinis tranquillitas. Hanc vō tranquillitatē ordinis facit iustitia. ius suū vnicuiq; tribuens qua in re dictū est. Justitia ⁊ pax osculate sunt. ¶ Policiarū vō alia est celestis. de qua nihil ad pñs. Alia est humana duplex viatoꝝ. Una q̄ vulgato ⁊ appropriato noīe dī ecclesiastica. altera secularis Secularis aūt diuidit ab Aristotele politisante in tres. Quarū primā vocat regnū sedam dicit aristocratiā. terciā noiat vocabulo generali appropriate policiā. quā dicere possumus tymocratiā. ¶ Describit regnū q̄ est politia sub vno bono. Vel exp̄ssius q̄ est cōgregatio cōitatis perfecte sub vno ꝑm leges suas bonas pro republica. Dicit aūt vnus ille bonus vel rex vel imperator seu monarcha qui nō ꝓpriū principaliter sed cōe bonū intendit in suo principatu. ¶ Describitur aristocratia q̄ est policia sub paucis bonis. vel exp̄ssius q̄ est cōgregatio cōitatis pfecte. sub paucis bonū reipublice p leges suas principal' intendentibus vt Senatus. ¶ Describit policia appropriato nomie seu tymocratia q̄ est politia sub plurimis bonis. Vel exp̄ssius. q̄ ē ꝯgregatio cōitatis pfecte sub plurimis vtilitatem reipublice p leges suas principal' intendentibus. ¶ Dicit pfecta cōitas ad differentiā yconomice cōuersatōis q̄ sibi pfecte nō sufficit. Dicit ꝑm leges suas. qm̄ in hoc attendit principatus dñantis. si ꝑm leges suas inueniat vtro regere policiā. aliena lege non artatus. ¶ Omnis idcirco politia ecclesiastica siue dñetur vnus. siue pauci. siue plures boni. dī ꝓprie diuina q; ꝑm leges supnaturales debet quilibꝫ regulatione accipe. Et ita ꝓspicuū est q̄ tres iste policie vniunt in ecclesia aliter q̄ in cuili policia. ꝓpter diuine legis vnitatem. ¶ Perspicuū est ꝓm q̄nem hanc sapere blasphemiā ⁊ hereſim pelagianā. si in ecclesiastico regimine theologia ꝓponi debeat alteri scie naturali vel humane. ¶ Non ei sumit hic ecclesia ꝓ templo materiali qō edificare melius saret lathomus q̄ theologus aut iurista. Hec de ecclesia tātūmodo dz fieri sermo ꝓ solis ꝓuentibus ⁊ redditibus ⁊ iurisdictōnibus ecclesiasticis ad tpolitatem ⁊ vitā hanc ciuilē respicientibus qm̄ esset hoc pure gētiliter sapere. Ita m̄ alias etiā de ecclesia plerūq; cōcipiunt. putantes ꝙ verbis insinuat extollentes vsq; in celū. si quis eps aut abbas laborauerit vt stent menia ⁊ pdia cum suis iurisdictōibus ⁊ pmittat ruere subditos p errorū dedia in fide catholica et bonis moribꝰ. Sicut aūt posset secularis vnus expertus yconomus. iudicari frequēter vtilior in ecclesiastico regimine / q̄ theologus aut iurista. ¶ Considerari igit debet ecclesia ꝓut instituta est a xp̄o supra firmā petrā fidei ad finē supnaturalē ꝑm legē euangelicā. ⁊ sacre scripture diuinitus reuelate/ ꝑm quam debet regulari iudiciū de fide ⁊ moribus subditorū. qm̄ rectū est iudex sui ⁊ obliqui. ¶ Pro qua fide cōseruanda si deberent in curia romana cōstitui auditores cau' arduę fidei in theologia peritissimi nec corrupti moribus. quas causas oēs dicit aliqui ad sedem apl'icam referendas esse. licet hoc minus generaliter intelligant. Attendatur. si hoc eque rōnabiliter fieret. sicut auditores causarum ꝓphanarū sunt ordinarie ⁊ collegialiter instituti. ¶ Possumus cōsimiliter ad p̄dictā p̄bi policiā tripliciter distinctam in naturali regimine. policiā ecclesiasticam diuidere. ꝙ alia est papalis. alia collegialis. alia synodalis seu cōcilij generalis. Papalis imitat regalem. Collegialis dñorum cardinaliū imitat aristocratiam. Synodalis generalis imitat policiam seu tymocratiā. Vel potius est pfecta politia q̄ resultat ex oibus. ¶ Sunt ex aduerso poticie si taliter appellari merent. q̄ non libero et tanq̄ paternali regimine ducuntur

fiant p̄cedentes. sed dispotico ⁊ vili iugo trahunt. vel ex p̄uio demerito p̄mittente deo qui regnare facit ypocritā dicēte Job ꝓter pctā populi. Uel aliunde iusto eius dem dei iudicio. Uocat aūt eas Aristo. j. Tyrannidē. Alterā oligarchiā. Tertiam democratiā. In tyrannide p̄sidet vnus ꝓ iam tantūmodo bonus inquirens/volens subditos impotentes. indoctos ⁊ diuisos ab inuicē esse. In oligarchiaz p̄sident pauci suis additōis sup alios. In democratia p̄ sidet sibi ipi multitudo nec vbi q̄nt vnus quisq; q̄ sua sunt. nō que cōia. ¶ Cognoscet ex his studiosus lector. si possit in eccle siastica policia tale aliqd triplicē ⁊ ꝓportionabiliter inueniri. Denicq; de politijs mi nus nihil exp̄ssimus. qm̄ fere nulla est q̄ mi xtionē excludat sed a p̄dominanti talis vl̄ talis nominat. Hec vo latius explicata sē in tractatu quodā de vita spirituali. Et in sermone illo. Dedit ei pater oīa in manus.

Epilogus p̄missorū.

Epilogando dicim⁹ q; a prima iustitia deriuat. Ius ge neraliter in omnē creaturā spe cialiter in creaturaz rōnalem et hoc p̄m multiplices leges. Be p̄m canonicā. p̄m ciuilē. fundat inde pti cipata iustitia unitatrix diuine. De hic iu risdictio quadrupler p̄m quadruplicē legē p̄uie diuinā. p̄uie naturalē. canonicā ⁊ ci uilem. Et de qualibet haz duplicat habēi serius pōt. Qm̄ alia est coercina in inuitus Alia doctrinal. directiua vel arbitraris seu spontanea dici pōt. Porro p̄m leges ⁊ iurī dictiones fundāt dōia. Unū gloue. Alter iustitie originalis. Aliud gr̄e gratificantis Aliud euangelicū p̄m leges p̄uie diuinas Aliud politicū vel ciuile. p̄m leges canonicas. ali tas. Amplius vo fundāt p̄m p̄dicta diuer se potestie. Una regalis seu libera. Altera p uilis ⁊ dispotica. ⁊ vtraq; diuidit in eccliā sticam ⁊ secularem. Secularis libera et bo na diuidit in regnum. in aristocratiā et ty mocratiā. Seruilis ⁊ mala in tyrannidem In oligarchiam ⁊ democratiaz. Ecclesiastica bona diuidit̄ ꝓportionabiliter in papatū in cardinalatū ⁊ synodū. Mala vo reipa magis huic aduerso triplicā mō cognoscit̄ q̄z noīe. ¶ Tandē sub ecclesiastica policia continet appropriato noīe ptās ecclesiastica q̄ primo dividit̄ q̄n vna est ordinis altera iu risdictōis. Potestas ordinis dupler. Una sup corpus xp̄i vez in cōsecratione Altera sup corpus xp̄i mysticū in sacroz ministra tione. Ptās iurisdictiōis dupler Una i fo ro exterioꝝ. Altera in interioꝝ. Potestas i exterioꝝ dupler. Una coertionis seu correctionis p̄m legez ꝓuie diuinā que est excō municatio. Altera p̄m leges positiuas. canonicas seu ciuiles q̄ iurisdictioni seculari similis est. Rursus ptās iurisdictionis in foro interioꝝ dupler est. Una clauium scientie ⁊ ptātis in absolutione seu remissiōe culparū. ¶ Altera in pene cōmutatione p largitionem indulgentiarū. ¶ Postremo triplicater hz considerari ptās ecclesiastica. Uno mō in se formaliter vl̄ absolute. alio mō vt in hoc vel illo supposito materialit̄ seu subiective. Tertio mō vsualiter vl̄ exercitatiue. Usus vo quadrupler est licitus ⁊ ratus. licitus ⁊ nō ratus. Illicitus ⁊ ratus Illicitus ⁊ irritus. Ratus vo dupl̄r vel ō iure vel de facto.

¶ Finit tractatul⁹ magis ad inquisitionē veritatis q̄ ad determinationē editus ⁊ p nunciatus Cōstantie. tempe generalis cō cilij pro parte Cancellarij Parisien. Anno a natiuitate domini. M.cccc.xvij. die. vj. Februarij.

Concordia quod ple

nitudo potestatis ecclesiastice sit in sum mo pontifice ⁊ in ecclia. q̄uis nō omni no similit̄ ⁊ hoc sub triplici conclusione. Cuius declaratio patet ex tractatu cui⁹ ti tulus est de potestate ecclesiastica ⁊ de origie iuris et legum. y

Prima conclusio.

¶ Plenitudo ptātis ecclesiastice cōplectit̄ i se plenitudinē duplicis ptātis. s. ordis ⁊ iu risdictiōis tā in foro interioꝝ q̄ exteriori/q̄ circa quelibet ō ecclia pōt immediate ⁊ absq; limitatōe exercen claue nō errāte. Sed si errat pōt p solā ecclesiam synodaliter cōgregatā error iudicialiter corrigi. ⁊ ne fiat vltenus lex

simponi. cui tenebit hñs hmõi ptãtem reuerenter obedire sicut matri z sponse xpi. z sicut regule a spiritu sancto directe.

Secunda conclusio.

¶ Plenitudo ptãtis ecclĩastice/ sic ꝓprie capta nõ pt eẽ õ lege ordinata. nisi in vnico summo põtifice formaliẽ z subiectiue. Alio qn ecclĩasticũ regimẽ nõ esset monarchicũ z hĩe posset multiplex caput ex eq̃. qõ apte est hereticũ Nec tñ plenitudo ptãtis papalis/ sic intelligẽda ẽ imediate sup oñs xpĩa nos q ꝑ libito possit imediate iurisdictõz ĩ oĩs p se vel alios exordinarios/ passim exercere. sic eñ ꝑiudicaret ordinarijs q̃ ius habẽt imdiatꝰ imo immediatissimũ sup plebes eis cõmissas actꝰ hierarchicos exercendi. Extẽdit igr plenitudo ptãtis pape sup oẽs inferiores. solũ dũ subest necessitas ex defectu ordinariorꝫ inferiorꝫ. Vel dũ apparet euidẽs vtilitas ecclie/ quẽadmodũ dicit pt de epis respectu plebanorꝫ seu ꝓriorꝫ sacerdotũ. quorꝫ possunt supplere defectus.

Tertia conclusio.

¶ Plenitudo ptãtis ecclĩastice dũ ponit ĩ ecclĩa synodaliter ꝛgregata cũ plenitudine executõis huiusmõi ptãtis. fit variatio vel equocatio õ hoc qõ ẽ eẽi. qr nõ codẽmõ ek plenitudo ptãtis ecclesiastice ĩ papa z ĩ ecclĩa. Fatẽdũ ẽ tñ qõ est vtrobiqꝫ z pncipaliꝰ ĩ ecclĩa suomõ. z hoc quadruplicĩ respectu. s. indeuiabilitatis ac indefectibilitatis extensiõis. regulatõnis. z generalꝫ obligatiõis. cui subijcit etiã ipe papa tãq̃ impatrici spõse regis sumi/ q̃ pt ꝛdere canones z diffinire etiã si fuerit papa pñs. ¶ Facũt autoritates subsequentes ꝑ vtraqꝫ pte sedẽ ꝓclusiõis cũ ꝑma z tertia dicit eñ Bonauen. pte. vj. c. v. sui breuiloquij ex dicꝫ Aug. Sic igit baptismus pt eẽ ex ecclĩaz. munꝰ aũt btẽ vite nõ nisi intra ecclĩam repit. q̃ supra petrã fũdata est. q̃ ligãdi z soluẽdi claues accepit. hec est vna q̃ tz z possidet oẽm sui sponsi z oñi ptãtẽ. ꝑ quã singalẽ ptãtẽ. etiã õ ancillis parẽt filios pt. Itẽ stephanꝰ papa sic scribit Gualberto ꝑuarche. Hũc vo iterato tibi scripsimꝰ nolẽtes alicuiꝰ ecclie ꝑuilegiũ infringere. lz aplica ꝑrogatiua possumus de qualibet ecclĩa clericũ ordinare. Notẽt de creta cuz suis glosis. Qõ z si papalis ptãs extendat ad oẽs immediate. supple in casu necessitatis vel euidẽtis vtilitatis. nõ tamẽ vult alicuiꝰ ecclesie ꝑuilegiũ infringẽ supple qr nec ita velle debet.

Et sit epilogus ꝑmissorũ.

Sermo factus p cum

dem. xxj. die Julij. Anno dñi M. ccc. xo sup ꝓcessionib⁹ faciẽdis ꝑ viagio regis romanorꝫ ad petrũ õ luna. ¶ In quo ponũtur. xij. ꝯclusiones seu regule practice in sacro generali Constantien. conalio.

Rosperũ iter

DRo ãplioꝛi vero declaratiõe illiꝰ dicti q̃ p̃fatꝰ magr̃ dicit q̃ doctria illiꝰ ẽtie ptis nõ ſtat cũ dec̃ minatione decretalis Sciendũ eſt q̃ q̃cũ q̃ pie libꝝ alicuius eccl̃aſtici doctoꝛis le gat ſi qd in eo quaſi dubiũ ⁊ ſcrupuloſũ in uenerit. nõ ſtatim exardeſcẽdo inuadit. ſed inſpiciat ⁊ diſcernit ⁊ retractat ex circũſtãtijs ⁊ ſcriptꝰ eiuſdẽ autoꝛis. ⁊ advltimũ pi us eligat. ꝓfiteri ſe ignoꝛare vel nõ intelligẽ/ q̃ illi erroꝛis notã impingere niſi mãifeſta in eo hereſis deph̃endat̃. Cõſtat enim cato licos p̃ſes q̃ diuerſos libꝝos cõſcripſerunt de eadẽ ſententia nũc obſcuriꝰ nũc aptius fuiſſe locutos. nec hoc ducat̃ ꝓ inconueniẽ ti. Varietas enim affert pulcritudinẽ ⁊ delec tat audiẽtes ſiue legẽtes rara ⁊ difficilia bis delectat ait Oratius poeta. Sic igit̃ ſepedi cus fiat̃ iobes de ruyſbroech lꝫ in tertia p te libꝝ de ornatu ſpũalium nuptiaꝝ de illa ſublimiſſima materia ⁊ obſcuriſſia obſcu rius ſit locutus in aliꝫ tũ locis ⁊ libꝝ ſu is vbi ō eadẽ materia dogmatizat planius ⁊ aptius ſuã intẽtionẽ explanauit. Vñ in libꝝo ſuo q̃ dicat̃ ō calculo vel de pfectione filiorꝫ dei. ipe manifeſte ꝓteſtat̃ q̃ impoſſi bile eſt nos ex toto deificari noſtrãq̃ creati onẽ in creatorẽ mutatos amittere Diuina eñ natura ſicut i ſe eſt immutabilis ⁊ incõ uertibilis ita nõ ſinit aliã naturã in ſe eẽ tialiter ꝓuerti. Impoſſibile eſt vt eñ crea tura deus vel creator efficiat̃. Verũtñ deo q̃ medijũ ⁊ ſine medio vnimur q̃ medijũ vi delꝫ gr̃e ſue ⁊ nr̃oꝝ opm. Gr̃a enim dei mẽtẽ nr̃am irradians docet nos veritatẽ. dirigit q̃ nos ad oẽs virtutes et meternã dei dilec tionẽ. ⁊ amoꝛis exercitiũ verũ tñ vltra has gr̃am ⁊ virtutes inter deũ ⁊ nos mediãtes deo etiã ſine medio vnimur qñ impetu ar dentis amoꝝ excedimus oẽ creatũ vſq̃ in ipas ſupſubſtãtiales dei diuitias vbi in a more cũ ea trãſimus mouentes oĩ ꝓſide ratione in q̃dã inſaẽtiã ⁊ caligine ibi agi mur ⁊ ſupinformamur ipi verbo eterno q̃ eſt imago p̃ris. Huic ſine oẽs patres ſupi us nominati ꝓcordãt. cũq̃ ſic deo vnimur remanet tñ in nobis ſcitus viuꝰ ⁊ amoꝛ ac tiuus. Qñ abſq̃ ſatu vꝝo deũ videre non poſſumus nec ſine amoꝛis exercitio deo vniri vnitionẽq̃ ſuare valemꝰ. ſi me igno rante totius mũdi dñs eſſem. qd mihi pre ſtaret ſolatij. Idcirco ſentiemus nos eter naliter guſtãtes ⁊ poſſidẽtes teſte xp̃o q̃ ait Hec eſt vita eterna vt cognoſcãt te ſolũ ve rũ deũ ⁊c. Sic ergo patet vitã nr̃am eternã ꝓſiſtere in diſcreta ſiue diſtinctiua cognitõ ne dei ⁊ cõtẽplatione dei intuitiua. Vltra oĩs tñ hec enimꝰ q̃ſi expirati ſ̃ ſpñ ſine ſpũ in abyſſali ⁊ incõphẽſibili ⁊ imẽſa dei gr̃ia Ite ſpũs dei q̃ nob̃ flat effluit ⁊ inſpirat vt deũ diligamus ⁊ vtutes opemur/nos eñ ad ſe ⁊ in ſe attrahit ⁊ intrahit vt in ipo deſcamus ⁊ eo pfruamur. ⁊ in his duobꝰ eter na vita ſtat quadmodũ p aeris inſpiratoꝝ ⁊ expirationeꝝ diaſtole ⁊ ſiſtole nr̃a vita p ſeuerat materiał. Et ex his pz q̃ nõ ꝺicit decretali qui ꝑe ponit ſicut decretalis aſſe rit btitudinẽ nr̃am cõſiſtere i viſione dei in tuitiua ⁊ fruitiõe dine eẽntie Preterea ſcio q̃ be Thomas ō aquino dare dicat/q̃ in vi ſione q̃ videt deus p eẽntiã optet q̃ ō ſit forma intellectus nr̃i/qꝝ qua cũq̃ alia info mareť/illa nõ duceret nos in eẽntiã diuinã ⁊ ergo i ipa eẽntia dina erit quaſi forma in tellectus qua intelliget. Qō quidẽ nõ op tet ita intelligi q̃ dina eẽntia ſit vera forma intellectus nr̃i vl̃ q̃ ex ea ⁊ intellectu nr̃o ef ficiat vnũ ſimplicat̃ ſicut in naturalibus ex forma et materia naturali. ſz quia ꝓportio diuine eſſentie ad intellectũ noſtrũ eſt ſicut ꝓportio forme ad materiã ⁊ q̃ fiat vnũ q̃ ꝑ tum ptinet ad actum intelligendi. Et vlte rius dicit q̃ deus in p̃ſia nõ tñ erit cogni

tio q̄ cognoscēt ab aīa ſz etiā p quā aīa cognoscet. Ex q̄ cōcludit q̄ btūs Thomas fuit istius opinionis q̄ ōs p suā eēntiā est coniūgibil' intellectui nr̄o nō tn̄ sic q̄n ibi erit luīē glorie mediū qō eleuabit intellectū nr̄m ab hoc q̄ possit p̄iūgi eēntie increate. ſz ab hoc medio nō ōz cognitio mediata. q̄ nō cadit inē cognoscētē r rē cognitaz ſz ēistō qō dat cognoscēti vi cognoscendi. Istud erat ī p̄ia. ſz in statu vie nullus intellectus pure creature pt invisiōe dei p eēntiam puenire p aliquā dispositōz sibi inherētē. sed p̄tingit aliq̄n dīna virtute q̄ aliq̄ res miraculose pducāt ī aliqō in qō nullo modo pt p aliqs dispositōnes sibi inhercētes pduci. sicut q̄ virgo pariat r q̄ ignis ī aīa cōburat. Et sitr pt miraculose fieri q̄ diuina ſtute aliqs intellectus creatus nō hns nisi dispositiones vie eleuet ad videndū deum p eēntiā. nec tn̄ ex tali visiōe ōz beatus simplr. sed f̄m qd tn̄ q̄tū cōicat in actu beati. Puto q̄ hec dicta beati thome p̄babiliē sustineri pñt absq̄ piculo heresis et p̄iudicio fidei. Insup p̄dict⁹ mgr̄ dicit q̄ nl̄lus theologoz vnq̄ talē modū btitudinis posuerit q̄lis ab isto autōre explicat vidz q̄ aīa tūc desinit ee in illa exīstētia quā p̄ habuit ī p̄prio genere r p̄uenit seu trāsformatur r absorbet in eē dīnū r in illud eē ideale defluit qō habuit ab eterno in eēntia diuina. P̄ro cui⁹ dicti euidētia est p̄siderādū q̄ qñ aliqua scriptura est mystica et obscura tūc obseruādū est q̄ interp̄tatio fiat f̄m intentionē dicētis. Nihil est em̄ ita bn̄ dictum q̄ nō possit male interp̄tando r narrando deprauari. Fateor ergo verū esse q̄ nullus doctoz moduz btitudis ponit f̄m quē iste mgr̄ sua verba intelligit et recipit. Sed nequaq̄ arbitror autorez huius libri ita desipuisse q̄ ipe sic sentiret sicut iste magister sibi iponit. nec illum sensum v̄ba sua prendūt si diligenē inspicianē. sed poti⁹ sic intelligenda sunt q̄ mēs dulcedine v̄bi diuini illecta rapiē. r illabiē a seipa vt verbo fruatur Illicq̄ ibi nosmetipos excedimus in caligine r in modi carētia inscrutabilem ibi nos deus ex nobisipsis trahit transformat r deglutit in ipam p̄fundissimā diuinitatis trāquillitatē in ipam sui supessentia r sui ipūs vnitatē amousq̄ absorptionē vbi vi amoris extatici affeq̄mur illā cōformitatē r deiformitatē q̄ f̄m rōnē idealē habuimus ab eterno ī mēte dīna ibiq̄ vnū effectiuum ab eterno ī mēte dīna ibiq̄ intelligēdo f̄m quā idēptitatē realis exīstētie. sed f̄m quādā cōformitatis r trāsformatiōis siltudinē. necessitatis ergo estimādū est p̄fatum fratrem Johannē de myssbroech fuisse istius opinionis vel erroris q̄ voluisset asserere spiritum rationalē in beatifico vnirī diuie eēntie p trāsformationē eēntialē in idēptitatē diuine nature. aut q̄ nō sit necessariū q̄ potentia intellectiua creata sit elenata p habitū supernaturalē luminis glorie ad eliciendū actū beatifici visionis. Sed ita videt sape q̄ q̄ps illabitē iō cognoscem⁹ eū in seipo obiectiue r etiā p seipm repñtative vt ly in ipo excludit meditatōz spei q̄ in patria ōs ablīpe r similitudine cognoscet. r ly p ipm excludat meditationē lumis extranei diuinā essentiā repsentantis. q̄ eēntia diuina in suo p̄prio lumine videbit. Non esi requirit aliud lumen deforis ab essentia sicut lumē solis requritur ad videndū colores r rerum species quas in tenebris videre nō possumus. sed p hoc nō vult dicere/q̄n actu ipo creatu/ipm deū cognoscam⁹ r p pñs oportet q̄ ipa potentia intellectiua sit p habitū supnaturalē informata vt possit p̄tingere ad istud obiectū finitū ad qō ex se p̄tingere nō pōt. Et q̄ in visione beatifica ipm visum nō videtur p similitudinē sed p eēntiam dificatur quodammodo intra videntem. Et hoc aūt q̄ ipm visuz receptū est intra videntem vnit sibi ipm videntem vt fiat quasi quedam penetratio mutua p amorē. sicut ōz Joh. iiij. Qui manet ī caritate ō manet r deus in eo. Ad vnionem aūt maxime conuenientis sequitur delectatio summa et in hoc pficitur nostra felicitas. Ex quo patet q̄ gaudiū fruitionis in actu diuine visionis quo videt diuina essentia nude in ipsa inchoat sed in dilectione r amplexu vnitiuo r gustu affectuali diuine dulcedinis pficitur r cōsumat. Quānis em̄ fruitio non sit sine visiōe. pfectiō ē tn̄ in dilectōe. Sicut em̄ p pfectius est diligē q̄ agnoscere. sic et ibi intellectus noster implebit letitia visionis/sed effectus noster implebit letitia di-

lectiōis chi ꝓuenit conuire ꝛ trāsformare. Ad gaudiū btitudis tria cōcurrūt. pfecta visio. plena cōphēsio. ihesio amoris cōsummati. Et isto stat tota sūma dictoꝝ fratris Johānis ꝺ ruisbroech ꝓcernētiū pīte materiā elicit ipe ponit btitudinē nr̄am ꝓsistere in sicut ex ipis dictis manifeste colligi et distinctiā siue discretiua cognitiōe ꝛ contē platiōe dei intuitiua. ꝛ hāc vocat btitudinē actualē. ꝛ fruitiōe dei ꝺescitiua vbi aīa igne diuī amoris resoluta liq̄scit et deficit a seipa ꝛ spoliata oīm virtū suaꝝ ꝓpriaꝛ naturali activitate mētalē simplicitatē induit ꝛ imaginis increate assequē assimilationem. Gaudiū fruitiōis est tante magnitudis et tā indicibil suauitatis q̄ mēs btā vel hūana replene ꝓphētē nō pōt. sed tota ab forti ebet a vino forti. vt ꝺi. Ebrietatē. Et istū gustū fruitiōis oēs vires aīe indicibili gaudio ab sorbent ꝛ hāc inhesionē ꝛ amplexū mellifluū indissolubilis charitatis ꝛ absorptionē abyssalē amoris vbi aīa inabyssat ꝛ totaliter i deū trahit cū et trāsformat appellat btitudinē essentialē q̄ ꝺi aīa oīm virtū suarū activitate spoliat ꝛ tūc sola ꝓsolatione ꝺiuine suauitatis. Ibi indt i pace i idipm dormit ꝛ requiescit. dormit inquietatiōe plena intellectus. requiescit in plena satiatione affectus. ꝛ sic ꝓ q̄ sensus eius est veritissimus nec discrepat a sniis sctoꝝ patrū. et si est aliquis minus aūt sūt ad placitū. ꝛ iō talis error nō est magni pōderis. Q; aūt ꝺr q̄ ad fruitionē spectat plena cōphensio. hoc nō est sic intelligēdū q̄ btā cōphendūt totaliter ipm deum ipm oēm modū quo est cognoscibil. talis enī modꝰ cōphensiōis ꝺine nature est ipossibilis oi creature vt ꝓz Jo. j. vbi ꝺr. deū nemo vidit vnq̄. Sed iste modus cōphēsionis attendit q̄ tū ad imediationē cognitionis. de qua supius dictū est. q; btī verbuz eternum ꝛ oīa alia in seipo ꝛ q̄ ipm cōphēdent ꝛ cognoscēt. iuxta illud pī. In lumine tuo videbim lumen hoc est teipm q̄ eslumen subsistēs ꝺicit Augꝰ.

Restat nūc vlteri⁹ videre qualiter sane intelligēda sunt illa ꝺicta fratris Johānis ꝺe ruysbroech q̄ ꝺns cancellarius in epla sua ꝺicat esse repudianda tanq̄ erronea vl male explicata quoꝝ ꝓmū est istud quo ꝺicit. Perditur aīa contemplantis in esse tali ꝺiuino abyssali. ita q̄ nō sit repibilis ab aliq̄ creatura. Hoc verū est si sane intelligatur. Sic quippe intelligenduz est q̄ in hoc gradu contemplationis q̄n mens rapitur in ꝺiuini luminis abissum omniū exteriorum obliviscitur. nescitq̄ penitus seipam/seipsam exuit et ꝺiuinū induit quendā affectū ꝛ supmundanū/totaq̄ transit in ꝺeum sum/ꝛ in aliā gloriā quā creatura subtē creaturali non attingit q; in tali statu esse suum creatū ꝛ suē nature hō excedit/ꝛ subtē ꝺiuine gratie ita sublimiter ꝺiuie substātie vnit q̄ oēs vires ꝛ potentie rōnales supra se elevant ꝛ in ꝺiuinā claritatē trāsformantur/ꝛ sic nō est repibilis ibi ab aliq̄ creatura. Supra intellectū enī ꝛ mentē ibidē ꝺeū cognoscit. Intellectus enī nr̄ ꝛ sensus corporeus intra terminos creature exercentur nec etiā intellectus excedit ens aut speculū Unitō aūt excedit sublimius intellectum theoricū q̄ itellectꝰ imaginatōez vl sensū. Ideus em in hac vnione ꝺina ꝛ ex tacta trāscēdit oēm creaturā ꝛ seipam ꝛ oēm actū virtū apprehēsiuaꝝ. ꝛ p tāto ꝺr q̄ nō est repibilis ab aliqua creatura. Ad hāc abstractionē ꝺionisiꝰ inuitabat timotheū mystica theologia ꝺi. Tu āt amice timothee/circa mysticas visiōes forti ꝓnitione ꝛ sensus relinq̄ ꝛ intellectuales opatōes ꝛ oīa sensibilia ꝛ itelligibilia ꝛ oīa existētia ꝛ nō existētia. ꝛ sicut est possibile ignote ꝓsurge ad eius vnitionē q̄ est sup oēm subam ꝛ cognitiōz etem excessus tuipius ab oi irretētibili et absoluto mūde ad supsubstātialē ꝺiuinaꝝ tenebraꝝ radiū sursū ageris. vide aūt vt nl⁹ ꝺoctoꝝ hec audiat. In hoc vbo ꝺyonisij sapia sūma ꝛcludit/ꝛ culmē totius pfectionis vt possibile est/via ꝛ pfūditas libroꝝ ꝺionisij ariopagite. Quō ꝓterea subiungit q; intētio autoris pfati videt ee qđ aīa desinit ee in illa existētia quā ꝓ ipsa habuit. claret ex supradictis q; intētio autoris talis nō fuit qual exprimit a ꝓdicto mgro sz ex abūdāti. Iz nō incōueniēt possum ꝺicere q; intētio autoris talis est q; excellētia rōnalis creature in hoc pficit ꝛ cōsumma

w

tur qñ ꝑ surrectione amoris extatici ī illud pñcipiū reuertē vñ primordialiē exiuit. et qñ ala intrat in istud diuinitatis archanū ⁊ in illud intime quietis secretū. tūc nō oportet q ibi fiat corpis ⁊ anime dissolutio/sed in dīnōi transformatione alia diuidika spū ꝑ hunc modū vt qđ animale copulentuz ⁊ fetulentū est deorsum remaneat. Spiritꝰ aūt ⁊ qđ spūale est ad summa euolet ⁊ vsq; ad speculationē diuine gloie sublimetur/ ⁊ in eandem imaginē transformetē. Nihil in creaturis (vt dicit Richardus in lib. de exterminatione mali) hac diuisione mirabilius ceruitur vbi istud qđ est essentialiter vnum atq; idiuiduū/in seipm in quādam portionē diuidiē/neq; in homine vno alia est essentia eius spūs atq; alia eius anima/ sed vna eademq; substātia simplicis nature. Non eñ in hoc gemino vocabulo gemina substātia intelligitur/sed tamē ad distinctionē ponit gemina portio eiusdez essentie. Unde supior ꝑ spiritu. alia inferior ꝑ animā designatē. ¶ Ad ꝑplanion intellectu istoz habendo ē cōsiderandū q spiritus noster qñq; intantū a corpe ⁊ ania diuidiē vt spiritus in spū esse asseratē ⁊ quandoq; spūs supra spiritū esse dicat. et quandoq; spūs sine spiritu esse credatur ꝑmū patet in Johāne qui ꝺ seipo dicit Apoca. j. Ego fui ī spū dominica die. Quod exponens Haymo sup Apocalipsim dicit sic. Johannes sic in spiritu fuit q; tamen ipaz carnē fundituus non deseruit sed spūi eternitatis spiritus eius adhesit ⁊ a spū docente/assumptus fuit spūs docendus Jō tā mirabilia ⁊ pfunda vidit Richardus autem exponens idē verbū dicit sic an hoc est spūm in spū esse semetipm intra seipsuz totum colligere et ea que circa carnem seu etiam in carne geruntur interim penitus ignorare. Secundū liquet in petro. de quo i actibus. ca. xij. ꝺr Et petrus ad se reuersus dixit ⁊c. Quod exponens Richardus lib. ij. de contemplatōne. Hoc sane nō insipiēter ꝺr q; petrus longe supra hominem fuerit. qs longe a semetipso/ ⁊ supra semetipsum recessit. Alioquin nō erat q; quo ad se reuerteretē. Hocidem oñdit Hugo super septimum hierarchie dicēs. Acutū amoris est cum omnia trāscendendo despicit.

Supferuidum aūt amoris est cum etiaz se metipm contemplando relinquit. ⁊ in contemplatione dilecti se despicit et miro modo fit vt p dilectionis ignem in illuz fusto litur qui est supra se ⁊ p vim amoris expelitur ⁊ extra se nec se cogitat dū deum solum amat. Tertium apparebit in regia saba. de qua legitur. iij. Reg. iiij. capi. q; regina saba videns sapientiam Salomonis et domum ⁊ habitacula et ordinem ministrantiū nō habebat vltra spūm. Ꝺ exponēs Richardus li. v. de cōtemplatione. cap. xxij. nonne ꝺr spūs seipsum nō habere. qñ incipit a seipo omnino deficere ⁊ a suo esse fu permutandaū quendā et vere plus quā humanum statū transire/ in mirabili trāsfiguratione/spiritus ille ab humano videatur in diuinū deficere. itavt ipe iā nō ipe eo dū tarat tpe quo dño incipit alnius inhārere. Qui aūt adheret deo vnus spūtus ē. Et sic totum in istud dīnitatis archanuz imat clamans cū ps. Befecit in salutare tuū anima mea. Hec ille. Isto habito ⁊ intellecto sallime oīa illa dicta huius tertie ptis ptijs intelligunt et exponunt. Et isto pz facallime intellectus clausule illi⁹ que subtiūgitur. In ipa quidē sui vacuitate ꝺ feruitatē nullo intermediāte susapit. Spūs semetipm p tāto ꝺr pdere. q; i tali statu vbi spūs hūanus in tm amoris feruore supra se rapitē vt merito sine spū ee dicat. facī est tanq; vas pditū eo q; semetipm nō sentit. sed penitus a seipo extinanitē absorbet. hoc ficit. luce clarius ꝑstat q; ꝑ gnue ꝺr q; regina saba spūm suū pdidit q vltra spm non habebat. Sic silr paulꝰ ꝑ uenienē ꝺr spūs sui pdidisse qñ i raptu ꝑstitutꝰ vtū i corpe ee corpꝰ scit ignorauit. Qñ ät mes hūana hūc supmū verticē. i. mentis excessū attigerit tūc dei claritatē nullo intermediāte sustipit q; ab oībus imaginibꝰ ⁊ simbol ablol uitur ⁊ ab oībus opationibꝰ oīm virtū apprehēsiuaz tā inferioz q; supioz oīaz atq; in supsubstātialē radiū dīne luaditat' ꝺtur remoto oī velamie ⁊ imediate ꝺmitur. sicq; dei claritatē nullo inē mediāte sapit. Isto aūt qđ dicit q; sine inēmissione ipe fit ea claritas quā accipit. satis daret ꝺ pdictis nō sic intelligendū/ ⁊ qualiē docto

res sancti idē sentiūt. Uñ i epla inferi⁹ annotata sic hēt. Hac hora incēsi sicut aq̄ gutta vniat infusa multo vino. Sic ista efficat oipotēs in dño optiata i optio. Optia q̄ppe actota trajicat. Cui sat⁹ cordat sup septimū angelice hierarchie di. Cōtēplatio est deifica sūlitudo qr dū p eā illuminati lucētes figunt/quodāmō ipius luminis lucentis similitudinē accipiūt. Quō em̄ aer solis lucē pfusus in eādē trāsformat luminis claritatē adeo vt nō tā illuminat⁹ q̄ ipm lumē esse videat. Et sicut ferrū in ipm ignē mistum magis efficat ignis q̄ ignitus. Sic virtutes pfecti charitate iduti sine ibuti (charitas succēsi. Induimī q̄ dīz sicut aer lucē sicut ferrū ignē. i eritis lux i dño. Sicut em̄ ferrū inflāmatū accipit in se formā ignis. Et dat se totū i nō pte i enpit se sibi/remanendo i se subsātialiē inflāmatū/ita aia vnita deo p ignē dini amoris q̄si totā dat se/mittit se in deū i in deū trāsformata nō mutata sua p̄pria trāsformat se totā i deo amata. Naturale nāq̄ est q̄ cūq̄ aliq̄d trāsformat in aliud. illud accipiat p̄prietates i dītiōes illius nature in quā transformatur. Sic igit mēs devota cum in lumē thearchicum trāsformatur fit quodammodo claritas q̄ accipit. Jtē q̄n seq̄t dependentq̄ nām eē creatū ab ee eterno i p̄m eentialem existētiā vnū cū illo ē/sic accipiēdū ē. q̄ mē ti nē dina eētia realiē i p̄nsialr cōicatur. Ubiq̄ totus ē de⁹ p existētiā ſz nō in singulis equaliē p efficientiā. Et lz ex toto se vbique opet tñ n totū qđ potētie sue ē vbiq̄ immo pot⁹ nusq̄ opat. Uñ q̄ p̄nū ē dīne nature rebus illabi i eoz intimis cōmorari i p sui illapsuz ꝛseruare rez naturas ne decidāt i nō ee. idarco dicit q̄ nām ee creatū dependet ab ee eterno. inē illud qđ pbs dicit li. ō celo i mūdo. Ab hoc qđē ente scz deo dep̄det celū i terra. i qr ex nature sue p̄prietate cōpetit ipi deo vt inhitet in intimo meo. p̄ea dic q̄ ee nām creatuz p̄m aie rōnalis. p̄ē qđ d. Aug. tu intimior in timo meo. p̄ea dic q̄ ee nām creatuz p̄m essentialē existētiā vnū cū illo ē. diuerse subsunt spūs dei i spūs hoīs i q̄ spūs hoīs nō est ita vnus cū spū dei sicut filius cum pē vnus' est deus. Sed qr illapsu sue p̄sentialitatis inhabitat animā rōnalem quā inter oīa creata imagine sua insignivit. penes q̄ imaginē trāsformat trinitati psonaz et principalis est divine nature i beatitudinis illius. ideo dicat q̄ oē nostrū creatū p̄m essentialē existentiā vnū cum illo est. Deus em̄ scis suis triplicez vnionē tribuit. s. nature. gr̄e i gl̄ie. Et ō hac vnione naturali p q̄m deus cōmorat in intimo anie rōnalis/dictum istud est intelligendū. Qualiter autem illud sit accipiēdū. Universi quoq̄ supra sui creationem in vite contemplatie altitudie sublimati vnū st̄ cū hac deifica claritate. immo ipa claritas ipi sunt. atq̄ i eo/quo vident et quod vident lumine idez fiunt. satis patet ex predictis i specialiter ex his que dicta sunt in illa clausula. Ac sine intermissione fit ipsa claritas quā accipit. Nō ei vult autor iste dicere q̄ spūs adherens deo p amplexū vnitiuū i supra se raptus virtute extatici amoris q̄ fiat vn⁹ vel idē cū deo simplr substantie idēptitate. qa hoc est impossibile sed fit vnus cū deo trāsformatōnis similitudine/gratieq̄ i bītudis principatōne feruidi amoris amplexu i ihesione. Et hoc satis innuit i his verbis que postea subiūgit. vniversi devoti spūs vnuz cū deo p̄fundo amoris de fluuio sunt esse cti nō quomōlibet qdē vnū sed idipm qđ ē ipa i se ēntia dei. eo mō que deifica bītudo reqrit. Et istud idē multi scti doctores dixerunt. s. beatus Dionysius. Bernard⁹. Hugo. sicut patet ex supra allegat⁹. sicut i ipa bītissima trinitate a patre filius egredit ab vtroq̄ spūssanctus amor verus p̄cedēs p̄nectit p̄rem i filiū. sic a fonte bonitat⁹ superne sapie vnitiua p̄cedens menti devote illapsa tāta vnione ipam cōnectit spūi i tāto vt mereat vt vnū dicat esse cū ipo. Hac vnitatē petebat xp̄s cū dicebat. Rogo p̄r vt ipi vnū sint sicut ego i tu vnū sum⁹ Pro inde his verb̄ q̄ sequūtur. vident insup sentiūt i inveniūt p hoc deificū lumē se p̄m esse vitāq̄ suā increatā eādē fore simplicē diuinitatis abyssum. satis mihi p cordare videtur snīa sancti Augusti in libro. xj. confessionum vbi dicit. Inde admonitus redire ad meipm intrani i intima mea ducente i potui q̄m fact⁹ es adiutor me⁹ i intra.

ni ⁊ vidi qualicūq; oculo aīe mee supra eū dem oculū aīe mee supra mentē meā lucez dñi incōmutabilē necita erat supra mentē meā sicut oleū supra aquā. nec sicut celum supra terrā sed supior. qz ipe fecit me et ego inferior qz fact⁹ sum ab eo. Qui nouit vitatē nouit eā. nouit eternitatez caritas nouit eā. ¶ Ad cui⁹ euidentiā est sciendū q; creature p̄existūt in mēte dīna siue in deo simpliciter ⁊ vnico ⁊ hoc q̄tū ad tria exēplaria ꝑm rōnem distincta. Primo p̄existūt creature ī dīna eentia ꝑm rōnes suas pfectōnales et qz oēs pfectōes sē ī deo vnitissime iō sic sub oīmoda distictiōe ī eentia p̄existūt dīna eentialiē potentialiē ⁊ causaliē. Secdo p̄ existunt in mente paterna originaliē ꝑm rōnes suas ydeales ⁊ iō ibi puto appet creaturarū distictio ꝑm rōnē itelligēdi Certō p̄existūt in vbo eterno tā q; ī exēplari ꝓpo q̄tū ad rōnes suas factiuas ⁊ exēplares. et iō ibi appent siltitudies rez sub distictōe pfecta. Est aūt intelligēdū q; cū creatura dr ī deo p̄existere ꝑm siltitudinē suā exēplarez nō est itelligēdo q; illa siltitudo sit aliquod additū eentie. qz sic aliqđ accidēs caderet ī deū. Sed illa siltitudo est realiē ipa dīna essentia ⁊ ipm verbū intellectū tm cū habitu dine put est imitabile ⁊ ptcipabile a creatura. Vult ḡ autor in verbis ptactis dicere q; qñ mens rationalis rapitur in diuine lucis abyssum ⁊ supra se elenaē statī deū sentit ⁊ inuenit ⁊ expimentali suauitate degustat. q; ipa creatura nō ē aliud ī deo ꝑm suum ydeale q; ipa creatrix eentia put dicit Anſ. ¶ Porro illud vltimū dictū q; sepedictus mgr̄ censet calūniandū ⁊ reprobandū vidz. Illic spūs ē supra semetipm trāslatus ⁊ deo vnificatus gustās videsq; ī vnitate vinide abyssus in qua sese ꝑm eē suuz increatū possidet. immensas diuitias q; ipsemet est iuxta eū modū q; eas deus gustat ⁊ videt. nō discrepat a veritate si recte intelligaē ⁊ pie interp̄teē. Intellectus em̄ horū vboz talis est. q; qñ sponsus celestis introducit sponsam suam in cellā vinariā. i. abyssum sue dulcedinis ei cōcedit degustare tunc plenum gaudium ⁊ pfecta delectatio sponse. i. menti deuote ꝓpinant ex quib⁹ totū desiderū eius pfecte quietatur qz tūc introducē in gaudiū dñi sui. ⁊ in cubicu-

lum genitricis sue qđ nihil aliud est q; ipa diuina eentia sub rōne obiecti beatifici et vt exemplar ⁊ ydea rōnalis creature. qz vt sic hz mentē rōnalem ꝓprie quietare ⁊ tūc alsequiē vbertatē ⁊ affluentiā diuie gratie a qua oīs sanctas ⁊ gr̄e fecunditas in aiaz̄ riuatur. qz in claritatem verbi diuini transformata deificaē. vbi gustat immensas diuitias q; ipemet ē. qm̄ quidē aīa infinitatē illius gaudij nō cōprehendit. hz m̄ btificaz eius idemptitatē raptim appḥendit. iuxta modū supra expositū. Istud magnificat raptu. ¶ Pro declaratione aūt illius dicit qđ subiungit. gustans ⁊ videns immensas diuitias iuxta eū modū quo eas deus gustat ⁊ videt. est diligenter aduertēdū q; beatū eternum est quedā refectio mentalis et quoddā gaudium intellectuale ipōū angelorum ⁊ omniū beatorum. qui pro voto ⁊ concordia plene possident oēm thesaurum celestis sapie et bonitatis diuine potentorrente diuine voluptatis cōtinue potantur. ⁊ ab vbertate suauitatis in ea degustat puritate obiectiua qua deus fruit in seipo. ideo dicit q; gustāt et vident immensas diuitias iuxta eum modum quo eas deꝰ gustat ⁊ videt. ¶ Ut autem finem loquendi faciā et textum cum glosa proferā. conclusio finalis omniū ꝓdictorum ⁊ explanatio p̄clara dictorum illius tertie partis ꝺ omnitu spiritualiū nuptiarū stat in isto. q; sancti recti iuxta vaticinium Esaie ꝓphete in tra sua duplicia possidebunt qz sancti in patria dupliciter reficientur ⁊ btificabuntur. hᵒ mō. qz vires ⁊ potētie rōnales ad imagnē ptinentes. s. memoria intelligentia ⁊ voluntas bibent de fonte viuo in ea puritate obiectiue sicut deꝰ sua fontali boitate fruitur in seipo. ⁊ iste eedem vires satiabunt ⁊ inebriabunt ⁊ hoc essentialiter gaudio fruitionis ⁊ gustu itellectuali dine dulcedinis vbi p efficatiam diuini luminis absorpti dine suauitatis degustatione ⁊ amplexu ⁊ inhesione consummati amoris sopientur ⁊ requiescent ab omni operatione intellectuali ⁊ sic iste vires semper erunt actiue et operose cum hoc quiescentes ociose/sem per famelice semper saturate/diuersis tamē respectibus. Istud donum quibusdā sanctis licet paucissimis conceditur in hac vi

ta. sicut Paulo datū fuit in raptu. sed hoc nō fixe nō immobiliē sed raptim trāsitorie ⁊ fluxibiliter sicut supra dictū est. Istius opinionis fuit autor istius libri ō ornatu spūalū nuptiarū. ⁊ eiusdē opinionis arbitror fuisse beatum Dionysiū. sicut patet inspicienti libros suos ō mystica theologia. ⁊ huic opinioni ego adhereo sed nō ptinaciter. si qd hic dictū videē ꝙ appareat repugnare veritatibus articulorū fidei. hoc totū reno. co ⁊ correctioni sancti matris ecclesie ē qua ipsa suā sanctissimā autoritatē transfundit me. ⁊ qcqd hic dictū est submitto. Ad extremū hoc infero ꝙ magistra intelligendi est expiētia. put sancti testantur. Et ille optime veritatē iudicij nouit q̄ ea nō audiendo solū sed guſtādo ⁊ facīēdo didicit. Qui enī veritati vnitus est ex ipsa vnione bene nouit ꝙ bene sentit. ꝙtus eñ multi compili ergo materia que solum expientiam ⁊ gustum cognoscē. magis est credendū his q̄ bis qui solo lumine intellectus ⁊ litterarum studio pollent. Hec aūt sapia vnitiua ⁊ agogica que oēm rōnis apprehensionem transcendit. sola diuina immissione pcipiē que nō trī effectū supra se erigit ⁊ amore extatico spōso altissimo creaturā pfecte vnit/ sed insup intīm eleuat intellectū vt multo plus omni prudētia ⁊ cognitione diuinis fulgoribus illustrē ꝙ aliquo ingenij exercitio valeat obtineri. Et ergo non videtur mihi recte sapere q̄ nolunt ꝙ aliquis ō diuinis scientijs differat nisi fuerit phisicis ⁊ naturalibus scientijs pditus ⁊ imbutus. Incōgruum eñ videē intīm nature deferre studio artis ⁊ solertie hominū/ ꝙ plᵒ possint hominibus affere ꝙ gra que repente agit. subito imprimit infallibiliter docet. et inhesitater facit existere mentes in his que docet. ⁊ luce clarius que alijs videntur obscura demonstrat. Ipa eñ sapia ⁊ scientia que sola sanctispūs influxiōe pcipitur certissima ⁊ amātissima cōprobatē quia sine oi dubitatione ⁊ opinione pcedit/ ⁊ omnem alterius disciplīne leuitatem excedit. Hāc doctrinam pclare sapientie sibi soli increata sapientia reseruare voluit vt sciat omis mortalis creatura ꝙ est doctor in celo qui solam veram sapientiā solis electis scolaribus p celestes emissiones ⁊ sue claritatis radios manifestat. omnes mūdi sapientes confutet cum simplex vetula idiota ad istius sapientie vnitiue consurrectionē pfecte possit attingere quā nulla phisica scientia: vl mortalis idustria apprehēdit. Que melius intelligimus melius pferimus. Spiritualis omia dijudicat. ⁊ ipe a nemine iudicatur. Patet ergo ex his quō sanctissimi ⁊ excellētissimi doctores q̄ in vtraq̄ specie contemplatiōis pfecti fuerūt eadem docuerunt ⁊ senserūt que tenia pars libri ō ornatu spiritualiū nuptiarū dogmatizat licz forte sub alijs verbis. Nō aūt refert diuersitas narratōis vbi eadē res narratur sicut dicit beatus Augustinus. Et ergo pdicta doctrina nō est abijciēda et eliminānda/ sz vbiq̄ sustinēri potest absq̄ periculo erroris tanq̄ consona ⁊ cōformis sanctorū patrum traditiombus. vnde q̄ verba huius libri ex feruido affectu ⁊ vigore dilectionis plata sunt. non sunt recipienda p̄m sensum quē p̄m sonum vocis videnē facere/ sed p̄m sensum p quo fiunt intelligenda sunt ⁊ interpretanda ⁊ p̄m materiā subiectā sermones eius expetendi. Ista sunt spiritualia ⁊ mystica ⁊ ideo solis spiritualibus sunt cōpanda. et communicanda nec hmōi in scolis sunt tractanda. Sed esto ꝙ sepedictus autor in aliquibus forte nō ita dixisset sicut aliqui vellent. vel quoniā melius vel verius dici quiuisset. que cura ō hoc. In opusculis tractatorū multa corrigenda inueniunt. Si ad obiectionem alicuius tractatus sufficeret aliquod dictum in eo corrigendum pauci tractatus recipiendi essent. Negare non possum nec debeo ait Augustinus. sicut in ipis meis libris. ita mlta esse in tam multis opusculis meis que possūt iusto iudicio ⁊ nulla temeritate culpari. Item idem. noli meis litteris quasi canonicis scripturis inserire. sed in illis ⁊ quod nō credebas incunctanter tibi inueniendū crede in istis aūt quod certum habebas nisi certum vel certe intellexeris noli firmiter tenere. Non eñ par autoritas scripture canonice debeē et earum expositionib⁹. In omnibus bene agere et in nullo deuiare nō est humanitatis sed deitatis. Estimo tamen

q̄ doctrina eius q̄ tum ad intellectum su-
tum in paucis calumniam patiatur/licz for
te quedam planius ꝛ irreprehēsibilius po
tuisset dixisse. ¶ Hec dicta sufficiant contra
eos qui doctrinam predicti viri videnē ca-
lumniari sub correctione tamē semp meli⁹
sentientium. ¶ Sed dicet aliquis. quis est
iste q̄ ausus est os suum ponere in celuz et
respondere domino cancellario parisiensi
discretissimo ꝛ eruditissimo viro ¶ Fateor ca
ristime q̄ ego sum minimus clericorum ꝛ
religiosorum qui non sum dignus vt solu-
am corrigiam calciamentorū domini mei
cancellarij qui incomparabiliter vita mo-
ribus et scientijs me precellit. ¶ Protestor ta
men q̄ non ostētationis gratiā nec temeri
tatis motus audacia p̄sumpsi rūdere ob-
jectionibus tanti viri. Sed duo sunt que
me mouerunt ꝛ incitauerunt ad scribēduz
ista. ¶ Primū est quia emulator existens pa-
terne traditionis et zelum gerens p doctri
na patris nō potui patienter sustinere vt il
le liber quē p spiritumsanctum spero fuisse
compilatū vilipenderetē abijceretur et con
temptui haberetē. Secūdum est quia annu
ens pijs precibus et desideriis fratris Bar
tholomei qui instanter put quibusdaz re-
ferentibus intelleri rogauit sibi intellectuz
verborum illius tertie partis libri de orna-
tu spiritualium nuptiarū exponi et resera-
ri/institi ꝛ laborauiinquātum potui dicta
tertie ptis p̄fati libri explanare ꝛ ad quē in-
tellectum essent capienda enodare. Si scri-
psi vt debui approbatu et tui. Si vo nō vt
debui ignosce christe tu ꝛ tui Amen.

¶ Finit libellus Johānis de schoenhauia
in quo defendit dicta fratris Jobis Ruys
broech. ptra magistrū Jobem de Gerson
Cancellariū parisiensem.

Epistola magistri io/

hānis de Gersonno ad frem Bartholome
um carthus/ptra p̄dictā defensionem.

Oratia tibi et
pax vir eremplo Job ꝛ B
simpler et rectus ꝛ ti-
mēs deuz. ¶ Oblata est mi
hi nuper sicut nosti. gran
pis epistola tēdens salua
re modos locutionū positos in tertia pār
te tractatus cuiusdam intitulati de ornatu
spiritualiū nuptiarum. Quos ego modos
alias pro catholice veritatis sinceritate ser
uanda apud animos minus instructos
ostendi per epistolam tibi directam nō edi
seruandos. Sed quid agimus? Itaq; sta
inter tot occupationes vertimus? Arguen
endi plures libros vel epistolas, argumen
do vel replicando nullus est finis. Stem⁹
igitur infra limites epistole prime ꝛ p cōsi
derationes aliquas. facili planoq; stilo sta
ptas ex eadem/ iustificatio sua monstret.

¶ Nobis ad certā
regulam loqui fas est posita ē
illic sententiosissima hec. veri
simaq; augusti sentencia/que
tollit barbaram confusionem linguarum/
a sacra doctrina/nam qualis altera eet effu
catior via phibendi edificationem turpis
dauitice in bonum. q̄ si fieret nominū vel
terminorum p libitu cuiuslibet variatio.
Non em̄ tunc intelligeret vnus alterū sed
in quadam babylonis confusione laberet
mur. Non ergo sufficienter excusat auctor
tractatus illius p suū defensorem q̄ sicait.
Et si sit aliqs/ error in dictis suis ille solus
stat inquit nominis nomia autem sūt ad
placitū. et ideo talis error nō est magni po
deris. Si enim sancti doctores vt Augu-
stinus ꝛ Hieronym⁹ admisissent modos
loquendi hereticorū. protinus habuissent
pacē cum eis/sed malam pacē. Noteur re
sponsio magni basilij in casu simili qui no
luit nec in solo verbo quidem deuiare pro
tendo catholicam veritatem. ¶ Sic nec cle
ronymus de verbo isto omousion. sicalij
sine numero. Fuit quidā tempore meo sca
tus q̄ respondendo dicebat patrem ē cau
sam filij. hoc dicebat id est patē producit fi
lium. Coactus est statim revocare dictum
suum nec expositio sua quomodolibet ad
missa est q̄ uis esset ad intellectum suum ꝛ
expressionem verissima.

¶ Modusloquendi
doctor si reperiatur impropriꝰ
ꝛ parabolicus et insolitus aut
figuratius/extendi vel in vsum trahi nō

debēt sed ad sensum ꝓpium ꝛ nō figurati
tum reuerenter exponi. Alioquin frustra
essent doctores in theologia constituti pri-
cipaliter ad hoc officium eluciandi sa-
cram scripturā quā magis atq; magis ali
ter agendo confunderent/ vnde siquis ad
vim vocis sustinere vellet ꝙ deus ad libe-
randum suscepturus hoiem non horruisti
virginis vterū/ vtiq; erroris reus eēt. Tol-
lerent igitur patienter homines inferioris
gradus ꝛ scientie si dicta eorum querātur/
ad ꝓpriū vsum coartari/ non in pernicies
doctrine catholice dilatari. Hac considera
tione ꝓnotos existimo doctores nouissi-
mos Thomā Bonauenturā Alexandrū
de halis ꝛ similes, quz omisso omni verbo
rum ornatu tradiderunt theologiam p q̄s-
tiones vt sub certis regulis ꝛ sub ꝑpauca
borū forma tutissimam haberemus the-
ologiam tā practicam q̄ speculatiuā/ redu
cendo doctores omnes ꝓiores ad vnaz se
curamq; locutionis ꝓpietatem.

Vnicuiq; i sua ar
te perito credendū est/ hec est ra-
tio cur doctoribus in sacra theo
logiā exercitatis datur autoritas interp̄tā-
di doctrinaliter sacrā scripturā qđ maxime
habet fieri in scholis doctriam in pertīdo
bis qui tam ingenio quā exercitatione cō-
tinua capaces sunt ad intelligendū. Cum
igitur que ponit tertia pars tractatus pre-
nominati sunt de punctis sacre scripture/
imo de summa theologia que mystica no
minatur et quā scolastico more Albertus
magnus, et quidā alij claro ꝓnoq; sermo
ne exposuerunt/ quis non miretur audi
lis ab huius autoris defensore q̄ hec in sco
lis non sunt tractanda. Ita videlicet pub-
licabuntur nunc scriptis nunc verbis idio
ma vulgare seruantibus ꝛ apud simplices
adolescentulos/ apud senes hebetes apud
illiteratam plebeculā/ apud anus decrepi
tas nunc in foro/ nūc in angulis/ et vir do
ctissimi tam ingenio quā exercitio prediti/
ab alijs recte loquēdis quia scolastici sunt
arcebuntur.

Qui adherz deo
vnus spiritus est. Hanc vni-
tatem nullus sane potest intelligere vel ex-
ponere quātumcunq; verba multiplicaue
rit ad alium sensumq; p assimilationez, de
qua dicit Johānes in canonica. Scimus
q̄ cum ille apparuerit similes ei erimus.
Omnis enim modus alter loquendi me-
taphoricus vel figuratiuus vel yperbolicꝰ
vel emphaticus doctorum sanctoz vt Bo-
onisij ꝛ alioz si nō referatur ad hāc regulā
repudiandus. Assimilatio autem non tol
lit sed perficit naturaz neq; tollit quod ha-
bet creatura in ꝓprio genere quoniā illō
perdere nisi per annihilationem anima ra
tionalis nunq̄ potest/ ac pinde sequit̄ qđ
similitudo adducta per qualemcunq; doc-
torem de infusione gutte aque in dolium
vini fortissimi ad vnionem aīme cōtēplā-
tis cum deo/ tā q̄ sit omimoda similitudo
repudiāda est ꝓtus tā q̄ habēs errorē im-
mo insaniam almarici condemnati ponē-
tis creaturā verti in deū ꝛ in suū eē ꝛ prin-
cipium ideale sicut notat Hostiensꝭ super il
lud caplm dānamus de summa tri. ꝛ fi. cā.
Heniq; simil fantasia fuit alia parisius tā-
q̄ fatua. ꝛ intelligibil aduersus vnū augu-
stinensem damnata.

Deuotio illoz
um culpānda est qui nituntur inuol-
uere suas sermonibus imperi-
tis peregrinis et inusitatis vel
eos qui sic volūt laudare atq; defendere et
defendēdo seipsos magis inuoluere quaz
euoluere. Adducam hoc loco ne mihi so-
li videar inniti particulam cuiusdaz ꝑmo-
nis facti in capitulo vno fratrum carthusi.
Anno domini. M. cccc. viij. cuius thema
est. Videamus si floruit vinea ꝛc. Quar-
tam vero deuotionem falsam id est vanaz
et curiosam illi exercent qui sine mortifica-
tione ꝓprie voluntatis a zelo domio ser
uiendi/ vitam spiritualez consistere credūt
in ruminatione vel potius fantasiatōne re
rum spiritualium/ estimantes hanc ipsam
fantasiationem vel saltem delectationem/
inde consequentem deuotionem esse. Un
de hi ad hanc ipam consequendam nō cō
tenti modos loquendi scripture sacre ad-
inueniunt sibi vel fingunt ō rebus spiritu
alibꝰ modos abstractiores/ eo quod tales

maiorem eis delectationem generent. ple
runq; etiã ob hoc materiãl satis facales ob
scuris modis ꝛ abstractis in quibus dele-
ctantur, obuoluẽtes aut vocantes/ humili
ationẽ vel fortassis etiã altã contemplatiõz
summersionẽ in abyssali, ꝓfundo. diuinũ
amorem annihilationem vel in nihiluz re
dactionẽ/ charitatiuũ motũ mentis in de-
um/ influxũ in deũ vocãtes/ motus adop⁹
ꝓpter deũ/ efflurũ a deo. ꝛ sic ꝺ alijs consi-
milibus/ q̃uis tñ rp̃s ꝓphete ꝛ apli et om-
nes doctores scripture sacre tractatores q̃n
tum poterant ꝛ expediebat ea que difficilia
fuerunt ꝑ modos loquendi fecerũt facilia
Decreuera falsa deuotio ẽ religiosis peri-
culosissima/ q̃m mꝝtos vt quotidiana heu
docet ꝛ dolenda docuit experientia q̃ spiri
tuales ac religiosi apparebant decepit infa
tuauit vel penitus excecauit/ ita vt fierent ĩ
obseruãtijs regularibus quas despexerãt
desides, superioribus quos rudes reputa-
bant rebelles, etiã aliqui fugerent ꝛ aposta
rent. Aliq etiã hereticarent/ vel ante tẽpus
ꝓphetarent/ dicentes/ hec dicit dñs cũ dñs
nõ eẽt locutus, Sed supba vel saltẽ fanta-
stica capita eoꝝ hec ipa ꝓfinxerũt. Aliq q̃z
mirabiles fatuitates extrinsecus in ꝓtensi
iubilatiõib⁹ tripudijs saltationibus ꝛ hui⁹
modi oñderunt. Sequit̃. Quarta deuotio
est vinũ valde fumosum. id est supbie ge-
neratiuũ ꝛ est libidinosum ꝺ quo mystice
ꝛ illa fortassis ĩhibitio apostolica accipi ꝓt
nolite inebriari vino in quo est luxuria Et
reuera in hoc ipo est spũalia luxuriã eo q̃
sic false deuoti/ nõ dei cultũ ꝛ honorẽ q̃z ꝓ-
priam querũt delectationẽ. hec ibi O si vi
disses quisquis autor fuisti sermonis illius
si vidisses epistolã nouit̃ ostensã mihi
qd dixisses/ qd stomachi habuisses.

Dicus plato a/
micus socrates magis amica ve
ritas. Peruertit em affectio ni-
mia ad doctorẽ aliquẽ vel doctrinã iudiciũ
nõ solũ practicũ qd sepissime cõtingit sed
etiã speculatiuuz, ꝺ quo minus videretur
more pitagoricoꝝ non liceat aliud interro
gare q̃ si magister hoc dixerit. Tollenda ẽ
igit̃ e medio sicut odiosa ꝓcertatio ꝛ insec-
tatio, inuidiosa sic ꝓtinax ꝛ animosa huius
vel illi⁹ doctrine defensatio. Patet aũt con
scientia mea apud te deus. qa nullatenus
odio cuiuscunq; fueram inductus scribẽ
ea q̃ scripsi. Quz qꝛ verissime tũc mihi videba
tur sicut et nũc magis ac magis ispicio mo
dos illos loquẽdi nimis impios ꝓpios esse
vñ ꝛ sic dixi inter cetera postq̃ ꝺ vnitate ad
deũ q̃dã inducta fuerãt. hoc tropo inquaz
ꝓbat Boetius boẽm bonũ eẽ deũ, iuxta
illud. Viri dij estis. nõ quidẽ ꝑ veritatẽ
vnitatẽ diuine eẽntie ꝛ locutionẽ ꝓpriam,
sed ptĩcipatiue et assimilatiue. immutatiue
ꝛ nuncupatiue. Q⁹ si autoꝝ iste pari modo
rñderit se dicta sua intellexisse de illa vni-
ficatione spiritus cum deo non contendo
non contradico/ sed explicationez aliter so-
nare non dubito. Decibi. Vide queso o
lector si modestioꝝ esse potuerit sermo me-
us. addito q̃ postmodũ tam verbis eras-
sare conatus sum ꝓdictum autoꝝ postq̃
innotuit mihi q̃ in alio loco plus expeſſe
rit q̃ creatura nullo modo ꝓdit esse suũ qꝺ
habet in ꝓprio genere. q̃ simili insertui
set ad verba tertie ꝓtis sui tractatus. nõ ha
ꝓbuisset ad verba tertie ꝓtis sui tractatus.
ꝓbuisset occasionem errandi ꝛ se cui
nõ ita ꝓbuisset occasionem errandi ꝛ se cui
pandi. nõ solum apud simplices sed litera
tos ꝛ edoctos. Videbit hoc q̃ dico veruz
esse qui forsitan incident in tractatulum v
nũ quẽ de theologia mystica taz specula
tiuã q̃ practice conatus sum ordinare, hũs
ne q̃ practice conatus sum ordinare, hũs
hanc intentionẽ deducere ad notiã fami
liarem ꝛ ꝓpriam scolasticoꝝ ea que deuo
ti homines de ea magis affectiua dedama
tione, ꝛ figuratiua locutione q̃ litteratoria
ꝓpriate tradiderũt. Notet̃ locus ille cui
theologia mystica differentiã hãc a littera
toria ponit̃ inter ceteras habere. qꝛ vnit et
transformat.

Lij qui amant si
bi omnia fingunt ait Virgilius
Cup hoc dicto cũ experientijs ꝛ
ratõne certa fundat̃ dictũ ꝓpius eplẽ me
quo sic ponitur. Sicut ex carentia pij affec
tus/ ꝛ magis ex infectione eius ꝑ vicia, ce
rãt nõ nũq̃ ꝓpitissimi iudicis, excecauit eñ
cos malicia eoꝝ ꝛ dati sunt in reprobũ sẽ
sum. Ita ꝛ puo lumine intellectus et para
ua instructione in studio litterarum etiam

secularium quādoq; p̄sertim in loyca/ p labunt aliquādo in errores periculosissimos illi qui magnorum sunt erga virtutes affectuum, quales apostolus vocauit habē zelum sed nō ſm sciam, adeo vt si nō humilitas sue cognitionis nulli pertinacius inuenirentur neq; absurdius errores p̄fingere/ p̄cipitare nō leuiter optet eos scribere vel docere, sed nec absq; cautela magna adherendo, est eis nisi previa discussione diligenti & doctor examinatiōe. In talib⁹ quippe sepe regimus plurima aut falsa aut male explicata ac p̄inde multā errorū materiā p̄bentia simplicib⁹ quā q; in multis diuinissima altissimaq; sint. Addo nūc id qō eue nit tpe meo ō quadā q̄ p̄phetissa & miraculorū operatrix reputata ē a multis, quā & vidi & allocutus sum. Hec tādē dixit & scribi iussit, qō spūs suus deū cōtemplando fuerat annihilat⁹, vera annihilatiōe & hīc recreat⁹. Et dū quereret qualiē hoc scire potuerat, videbat se exptā. Dies mihi nō sufficerēt si eas amantiū immo & amētiū, q; nō ſm sciētiā quales videnē fuisse begardi & begar de quēadmodū in quodā tractatulo de distinctione veraq; reuelationū a falsis memini pridem annotasse.

Docendus nō est vel monendus q̄ errorē suū defendē mauult q̄ corrigere. Hoc ōratius posuit i fine poetrie sue. Exigitur igiē correctio seuerior si sic iteruz fuerit pugnator ad saluandā tanq̄ p̄iam hāc veritatē. Quo pacto sit vel q̄ ordine postulandū/ quippe videbit ordinarius inquisitionis iudiciū q̄m parua radix pullulans sepit vt cancer/ et modica erroꝝ scintilla (sicut in arrio patuit) dum non conuenienter opprimitur vel artat/ magnam erumpit in flammā. Dicnup actuz est parisius q̄ sacrā theologie facultatez adversus illos qui doctrinā quandam pegri nam Raymundi lulli conabant inducere quē licet sit in multis altissima & veritissima tamen in alijs discrepat a modo loquēdi doctorum sacroꝝ & a regulis doctrinal' sue traditionis & vsitate in scholis/ ipa ecclesia publico repudiata p̄hibitaq;. Dicaz ḃ q̄ sentio si tales locutionū modos publicari paterem apud almā vniuersitatez parisien. vl' p̄ fratres vl' p̄ scolas, deducerē p̄tinus ex officio cui indignus deseruio, ad censuram theologice facultatis/ vt examinaretur & examinata suū quale mēreē iudicium sortireē. Bene vale pater emerite, memor mei in orationibus tuis.

¶ Finit scōa ep'la Johis de gerson cōtra dicta fratris Johis Ruysbroech in tertia parte tractatus sui de ornatu spiritualium nuptiarum.

Incipiūt lectōes dnice

putiles sup Magnificat & ad cōmendationem p̄positi nostri & voti multū faciūt & valent doctoris Johānis de Gerson Cancellarij parisien.

Sicut scriptū est in esaia p̄pheta. Ecce ego mitto angelū meū añ faciem tuā q̄ p̄parabit viā tuam ante te. Textus p̄sens hodierne lectionis ſm diuersas punctuatōes & postillaz sententias ad p̄cedentia & subsequentia/ varie coaptatur. Hā quia autoritas ista. Ecce ego mitto angelū meū, non de Esaia sed de malachia, Malach. iij. Sumpta est: referri posse dixerunt quidā hāc p̄ticulā sicut scriptū est in Esaia p̄pheta ad illud qō immediate p̄emittitur tāq̄ in eius confirmationez atq; fulcimentū vt sit sensus. Initiū euangelij Jhu xp̄i filij dei. i. q̄ fuit filius dei. Et quasi parū sibi absq; p̄phetico testimonio istud posuisse addidit: sicut scriptum est in Esaia p̄pheta. Potest eñ ad hoc p̄pheta trahi xp̄m fuisse in deū atq; dei filium, vel quia vocatus est emanuel. Esa. viij. & liij. Generationem eius q̄s enarrabit de eterna eius a patre p̄ductione dictū est. & p̄mo capitulo & alijs ibidē elicit. Dissoluit hoc modo īpia porphirij heretici blasphemia qua nisus est p̄bare euāgelistā nostr̄ damnare mendacij, quia illud quod dictū est. Neq; tamen coartat tal' obiectio vt ad hanc expositionem fugiamus. ¶ Cōstat itaq; p̄phetas omnes vno & eodem spiritu

suas ꝓtenuisse ꝓphetias. ac pinde qꝫ vnꝰ posint (qꝝ non tã ipe qꝫ spiritussc̃ loquebatur) potest ab altero (qui similiter ē spiritussanctī instrumentū) intelligi quodammodo dictū seu positū. et si nō explicite tñ implicite. Dicunt igiē alij vel idem aliē vnas in textu ꝑticulas a duobus ꝓphetis excerptas. Prima est malachie tã sensu quaz verbis. Secunda est Esaie que cum prima sit em satis explicat sniam vbi dr vox. Et q̃ niã Esa. pcipalioꝝ fuit atqꝫ famosioꝝ z legentibus notioꝝ. qꝝ insup finis plerūqꝫ rez totã denomiat placuit euãgelisteꝫ nr̃o qui etiã breuitatī studebat non duos ꝓphetas sed vnū z dūc maiorem nominare. Et sub hoc sensu recepit ecclesia sine origiale marci euãgeliū sic habuerit vt tenet Beda ī cõmento. sine a quibusdã non recte scribentibus additum fuerit quemadmodū sensisse videt Hiero. sup ps. Incipit igiē ꝼm hunc expositionis modū euãgelista noster snã texere rõnem vbi notãdum occurrit qꝫ ait in commento. Scripturus inqt euãgeliū marcus ꝓgrue primo ponit omniuz testimonia ꝓpheraꝝ q̃ hoc futurū pãnebant/vt eo cunctis vera z sine scrupulo ombietatis sustinenda q̃ scriberet intimaret q̃ hic a ꝓphetis spiritusancto impletis antea psaia et pdicta eē monstraret. simulqꝫ vno eodemqꝫ euãgelij sui pũncapio. z indeos q̃ legē ac ꝓphetas susceperãt ad susciendū euãgelij sacramenta q̃ ipoꝝ ꝓphete pdixerãt institutit. Et gentiles q̃ per euangelij pconia ad deū venerãt. ad autoritatē quoꝝqꝫ legis z ꝓpheraꝝ susciendã venerãdamqꝫ ꝓuocaret. Hic instruimur octã nostra sacraꝝ scripturaꝝ testimonijs roborare. qa parum ignitum est z minus efficax verbū quod non incaluerit z fuleti fuerit ab eloquio dei quod est ignitum z ehementer. z nisi vinificatuz fuerit a sermone eius qui est viuus et efficax ꝼm apostoluz z penetrabilioꝝ omni gladio ancipiti. Nõ tñ estimo curiositatem in allegationib9 huiusmodi consectãdã. sed quousqꝫ ꝓfũt studiosis et edificãt charitatem. Alioquin cumulus ille truncatarum autoritatuz male congestus/ z informis congeries allegationum sue origini nõ conuenientiũ q̃d proficit. nisi fortassis ostentationem operatur

Sed neqꝫ sunt inculpabiles qui ꝓphanas postpositis lectionibus sacris toto ore psonãt totis viribus amplectunẽ sicut sori ptum est ꝙ Esaiã ꝓphetã. Nõ in philosophis. nõ in poetis z fabulis. sed in ꝓphetis. Vbi preter hec elidit impia mamchabiti phemia. qꝝ sic delirare ausus ē vt diceret ꝓphetas veteris testamenti a deo tenebrasmissos eē. quod si verũ eēt sicut non ē. nr̃ veritatis notarius/ euãgelista noster eũdem quo cassetin testimoniuz narrationis sue. Nihil em̃ roboris haberet verbum illius qui pater est mẽdacij. Sed in hoc loco conuenienter eēnt improbandi q̃ ꝓphetas veros aut constellationib9 imputant/ qui admodū Auicẽna Albumasar z alij non nulli/ aut qui execrabilioꝝ deliramento ꝓphetas fabulantur magicã artem exercuisse/ tanqꝫ mediū adipiscendi ꝑcognitionem occultoꝝ. verū sup his olim lanus nr̃as bimus si deus annuerit. Nũc audiamus quid Esaia ꝓpheta scriptum eñ.

Ecce inquit ego mitto angelum meum. Non dubiũ quin Johannem baptistam qui vt Beda ait. Angelus vocatur non societate nature iuxta hereſim Origenis. sed officij dignitate. quo nomine recte appellari potest homo ille q̃ fuit missus a deo vt testimoniũ phiberet de lumine z veniret in carne dominum mundo nũciaret. qꝝ angelus nuncius appellatur. In hoc quod ꝓmittitur. ecce. notat ex demonstratione grandis et insolita novitas. In hoc qđ subiungit̃/ ego mitto/ datur intelligi maiestate mittentis dei missi magna dignitas. De hinc ꝑsens ꝓ futuro ponit. qa inconcussa erat tãqꝫ de presenti fieret certitudo demonstrationis atqꝫ stabilitas Johannes insup non quicunqꝫ sed angelus summi dei. Attende ꝓ mitatem eī ait. an facies tua vt eius puritas integritas. et sanctitas commendaret. Postremo officium eius honorificum designat qui preparabit viã tuã ante te. Quã viam si forte quesieris. Respondet Chrisostо. et infernus dat intelligi. Via domini qua ad homies ingreditur penitentia est ꝙ quã deus ad nos descendit et nos ad illum ascendimus. Descendit et nos ad illum ascendentes dei descendentesqꝫ meo de angeli ascendentes descendentesqꝫ meo rantur sup filium hominis. Nec est secus

